nō eſt peccatū:ſi hoc fiat cau
ſa prolis generādę: vel venia
le ꝑpter voluptatē:eſt morta
le religioſo ꝑfeſſo; clerico vł
ordinato:qꝛ ſacrilegiū;nō au
tem primi mot⁹ luxurię:furti:
vel inuidię:qꝛ nullus vouet ſe
non habiturum primos mo
tus qui nō ſunt in noſtra po
teſtate:hec Pe.de pal.vbi.ſ.
¶ Circūſtātie q̄ trahūt pctm̄
ad aliud genus:ſunt ꝯfitēde.
e T nota ſꝫ Tho. opu
ſculo.xij.in quadā epi
ſtola q̄ ille circūſtan
tie dicunt̄ traheꝛ pctm̄ ad ali
ud genus(ꝛ ideo de neceſſita
te ꝯfitende)que hn̄t ſpālez re
pugnantiā ad aliqđ p̄ceptoꝝ
diuine legis:ſicut furtū ſim-
pler repugnat huic precepto:
nō furtuȝ facies. Si vero fiat
furtū in loco ſacro circūſtan
tia loci:iam repugnantiā hēt
ad aliđ p̄ceptoꝝ qđ eſt de ve
neratōe ſacroꝝ:ꝛ ſic addit̄ no
ua ſpecies pctī:ꝛ ſic de alijs.

¶ Peccatū cōmiſſum die fe
ſto trahit̄ ad circūſtātiā aliā.
ſ Icut Nic.de lyra ſu
per Exo.q̄ peccatuȝ
mortale ꝯmiſſuȝ die
feſto habet ſpālem repugnā-
tiā ad illud p̄ceptū de ſancti
ficatione feſtoꝝ ꝛ ſabbati: qꝛ
magis eſt opus ſeruile opus
pctī:q̄ȝ opus manuale. Opus
autē ſeruile ibi prohibet̄: ꝛ ſic
mortale vltra ꝑpriam defor
mitatē ſue materie:ex hoc q̄
cōmittitur in die feſto:hēt ali
am deformitatē ex iſta circū
ſtantia quā opȝ ꝯfiteri. Et in
fine illius opuſculi dicit ideȝ
Tho.q̄ illud qđ dicit̄ circun
ſtantias nō trahētes peccatū
ad aliud gen⁹ ſiue ſpeciē:non
eſſe de neceſſitate cōfitēdas:
nō eſſe referendū ad numeꝝ
pctōꝝ ꝛ eiuſdē ſpeciei:qꝛ nu-
meꝝ tenetur confiteri ſi pōt:
qꝛ nō eſt vnum ſed multa : ꝛ
hoc nota diligenter.
¶ Nota tertio q̄ cuȝ cogita-
tio cū deliberatione rōnis in
actuȝ peccati mortalis.ſ. deſi
derandi illuȝ actū agere: etiā
abſq; opere ſit pctm̄ mortale
ideo ad ſingulas pctōꝝ ſpe-
cies poſt pctā operis:interro
ga ēt de peccati cogitationuȝ

illius peccati tantū:⁊ de pec-
catis. Et cū opus alicuiꝰ pec
cati:⁊ deliberatio mētis:ad il
lud agendū abſqꝫ ope ſit eiuſ
dē ſpeciei ſpecialiſſime: ſꝫ diſ
fert ſm maiꝰ ⁊ minꝰ:vel pfe
ctum ⁊ impfectū:qꝛ.ſ.maius
peccatū eſt in opere q̃ꝫ in ſo-
la cogitatione:ideo ēt de cir-
cunſtātijs huiuſmodi cogita
tionū interrogādū eſt:puta:ſi
dicit penitēs ſe cōſenſiſſe co
gitationibꝰ luxurioſis:qꝛ pōt
hoc eſſe multipliciter. ⁊ in di
uerſis ſpeciebꝰ:ideo iterroge
tur de qualitate: ipſaꝝ cogita
tionum:vt ſi deliberauit tale
peccatū cōmittere cuꝫ ſoluta:
qꝛ tūc fornicatio eſt:ſi ipſe ſo
lutꝰ eſt:aut cū ꝯiugata:qꝛ tūc
adulteriū eſt:aut cū cōſangui
nea:qꝛ tunc inceſtus eſt: ⁊ ſic
de alijs luxurie ſpeciebus ⁊
aliorum vitiorum.

¶ Peccatuꝫ diuidiť in tria.

PRo aliquali declara
tiōe p̄dictorū nota q̄
diť Tho.p̄ria ſcđe.q.
lxxij.ar.vij.q̄ peccatū diuidiť
per hec tria.ſ.peccatū cordis:
oris:⁊ opis:nō ſic per diuer
ſas ſpēs cōpletas: ſicut diffe
rūt ſpecie bos ⁊ leo ⁊ capra:
ſed per diuerſos gradus pcti
ſicut domus in fundamētuꝫ
diuiditur:in parietē ⁊ tectuꝫ
ſicut in ſpēs incōpletas. Cō-
ſumatio igiť pcti eſt in opere.
Vnū peccatū operis:hēt ſpēꝫ
cōpletam:ſꝫ prima inchoatio
eiꝰ eſt quaſi fundatio i corde.
¶ Secūdus gradus eiꝰ eſt in
ore:ſm q̄ homo ꝓrūpit faci
le ad manifeſtādū ꝯceptū cō
dis. ¶ Tertiꝰ gradus eſt in cō
firmatiōe opis. Patet ergo
q̄ hec tria ptinēt ad vnā per
fectā peccati ſpēm:cū ab eo-
dem motiuo ꝓcedant. Iracū
dus.n.ex eo q̄ appetit vindi-
ctā:prio turbať in corde:ſcđo
in verba cōtumelioſa ꝓrūpit.
tertio ꝓcedit ad facta iniurio
ſa:vt percuſſionē ⁊ huiꝰ: ⁊ ſic
de alijs qbuſlibet. ⁊ de luxu-
ria. Nec tñ ſic intelligēdū eſt
pctā cordis eſſe ſpēs incōple
tas q̃ſi nō ſint mortalia: imo
q̄ñ in eis eſt ꝯſenſus delibe
ratiuus ad actꝰ qui de ſe ſunt
pctā mortalia:tales cogitatio
nes ſunt pctā mortalia: ⁊ ſi
non ita grauia ſicut peccata
operis:vt dictū eſt. Et quan
do ſunt ſimul cogitatio cū lo
cutione ⁊ opere.vnū eſt pec-
catum:vt patet de luxuria ⁊
alijs peccatis. Et quādo ve-

ro quoddam tpe deliberat fornicari: ꝛ alio tpe diuerſo ꝛ diſtanti. fornicat̃: ſunt duo pctā mortalia. De delectatione vero moroſa aliquid dicetur ſuo loco.

¶ Regule quinq; cognoſcēdi pctm̄ mortale a veniali.

Ad cognoſcēdū vero quādo pctm̄ eſt mortale vel veniale: nota quinque regulas. ¶ Pria eſt qñ amor vel affectio ad aliquā creaturā. ſ. ſe vel aliā tantuz creſcit: vel eſt tam magn⁹ quod in eo cōſtituitur vltim⁹ finis. i. ꝙ nec actu nec habitu ordinat illā creaturā: aut eius dilectionē: aut ēt ſeipſuz ſecūdū deū ꝛ vellet cū tali creatura cōtentari: ꝛ nō curaret deum offendere: aut eius precepta tranſgredi pp illā creaturā: ita ꝙ ibi eſt aliqualis cōtēptus dei. ꝛ ſi nō eſt formalis: tñ interpretatiu⁹ ꝛ eſt fruitio creature: qꝛ preponitur creatura deo. Unde cuz aliquis vellet hic cū creatura ſemper manere nō curādo de eterna beatitudine: licet nō ſint ſemper rudes de hoc interrogandi vel tentandi: tamen talis amor creaturꝫ ſemper eſt peccatum mortale. Quando aūt aliquis diligit aliquā creaturam plus quam debet: ſed pp hoc nollet deū offendere: aut eo carere nec eius amicitiaz perdere: talis amor creature: nō ſemper eſt peccatum mōtale. ¶ Secūda regula ſatis cōcordat cuz precedenti. ſ. cum notabiliter cōtra dilectionez ꝓximi aliquid cōmittit̃: tunc eſt mortale peccatum. Qñ vero nō: tūc eſt veniale Qñ vero aliquid fit cōtra dilectionē dei: pōt attēdi penes hoc qḋ repugnat charitati vl̃ amicitie: quā debem⁹ ad deū hr̄e ſuper oia. Qñ autē aliqd fit cōtra dilectionē ꝓximi: pt̃ attēdi penes iſta ꝑcepta legiſ nature. ſ. qḋ tibi nō vis fieri: alteri ne facias: ꝛ qḋ tibi rōabiliter ꝛ ex debito vis fieri: alteri facias ꝛ pōt etiam attēdi penes ſcādalū actiuū: qḋ ego infero ꝓximo meo per mala exēpla. Sz inquātū importat aliquid cōtra dilectionem: vl̃ quantū ſit illud ſcādalum: ad hoc ꝙ ſit mortale: nō preciſe determinatū eſt: qꝛ i modico facere ꝯtra ꝓximū nō ē mortale: aut in paruo ſcādalizare Unde quilibet attēdat ad ſe

ipſum quod ſibi vellet fieri ꝛ qđ ſibi nollet fieri:ꝛ ꝑ qđ factū ꝛ nō factuꝫ ſoluere inter ſe ꝛ amicū ſuū amicitiā quaꝫ ſimul hñt.¶Tertia regl'a:qñ omittunť cōtra ꝑceptū dei ꝛ eccleſie vel legis nature vl' ſuperioris : que ꝑcepta ſunt de neceſſitate ſalutis:vel contra votuꝫ publicū vel priuatū:vl' cōtra iuramētū licitū : ꝛ tunc eſt mortale peccatuꝫ:qñ vero citra:tunc non eſt mortale.

¶Quarta regula:cū aliquid fit vel cōmittiť.vel omittiť cōtra conſcientiā vere vel falſe dictanteꝫ aliquod pctm̄ mortale vel cōtra cōſcientiam formidantē ꝓbabiliter vel dubitatiue:an aliqđ pctm̄ ſit mortale:tunc ſemꝑ eſt mortale:ſi cōſcientia non ſit ſufficienter iſtructa.¶Quinta regula eſt de actibus intus manentibꝰ. Qñ qdam habet ſolam cogitationē de aliquo quātūcūqꝫ turpem vel malam abſqꝫ cōplacētia ſeu delectatione vel cōſenſu tunc nunq̄ꝫ eſt pctm̄ mortale vel nulluꝫ vel veniale.Qñ vero eſt conſenſus in actū qui eſſet pctm̄ mortale: tunc ſemꝑ eſt pctm̄ mortale: qꝛ deus volūtatē pro facto acceptat. Qñ aūt cū cogitatione aut cōplacētia eſt delectatio moroſa i aliquo turpi:ſpāliter in libidinoſis:tūc ē mortale.ſcđꝫ dictū Aug. Eſto ꝙ nō ſit conſenſus in actū ſm hoc dictū Aug.iudiciū eſt de peccatis interioribus ad qđ ēt facit diſtinctio ſuprapoſita de ſenſualitate ꝛ actione:ꝛ đ peccatis preuenientibus ꝛ ſequētibꝰ deliberationē.Applicādo igiť ſeptē vitia capitalia que nō ſemꝑ ſūt mortalia:ſꝫ ſūt male radices i hoīe ex qbus oriuntur ſeptē venialia.

¶Que dēat obſuare ꝛ ſcire cōfeſſor vtilia ꝛ neceſſaria in ipo exercitio ꝯfeſſionis.§.iiij.

VLtra excōicationē iuris cōmunis:ſciat cōfeſſor ſi penitens incidiſſet in ſniam cōſtitutionis ſinodal'.Jō dēt inueſtigare de ꝯſtitutionibꝰ illiꝰ dioceſis ſi q̄s haberet:vel ēt ꝓuincie vel legationis:vt meliꝰ poſſit penitētibus ꝓuidere.¶Diligēter querat de numero peccati.quotiens incidit in id vel illud:qꝛ homines ſepe trāſeūt illud leuiter. Et de circūſtantijs nō neceſſarijs:ꝛ đ peccato quod alteri iā rite ꝯfeſſus

eſt non querat cuȝ nō tenea-tur niſi in caſu i quo tenetur cōfeſſionē iterare: de quo ple ne ſupra i p̄ce.pte.§.iiij.ꝛ nō ſolū de peccatis opere perpetratis: ſed ēt de peccatis cordis ꝛ de numero eoꝝ que ꝓſone ꝑuipendūt interrogādū eſt.¶Et qꝛ ſm tho.pria.ij.q.lxxij.pctm̄ cogitationis ꝛ operis in eadē materia ſunt ſpēi ſed differunt ſcdm magis ꝛ min⁹: qꝛ.ſ.pctm̄ operis ē grauius pctō cordis: iō ēt iterrogandū eſt de ſpē ꝛ circūſtantijs neceſſarijs peccatorū cordis. Verbigratia. Si dicit ſe in mēte ſoluȝ deliberaſſe mulierē cognoſcere: interrogandū eſt vtrū ſolutā vel nuptā: virgineȝ vel aliaȝ: ꝛ qua die: ꝛ hoc qꝛ iſta faciunt illud peccatū eſſe diuerſe ſpēi. ¶Et ſi mulier eſt facias eaȝ ex tranſuerſo ſtare: nec in facieȝ eius aſpicias: qꝛ facies eaꝝ: vētus eſt vrēs ait propheta. ¶Sed nec virū decet frequēter aſpicere in faciē: ne euȝ erubeſcere facias vltra q̄ȝ opȝ. Viroſ q̄ȝ graues ꝛ ſapiētes dulcius ꝛ vrbanius oportet repreĥendere. Ruſticos groſſos ac idiotas duri⁹: ne peccata ſua paruipendant ex leuitate ſermonis. Stimulatos vera ex dolore: ꝛ deſperatione: quātūcunqȝ peccata commiſſa ſint gratia confortare ꝛ animare expedit: inducēdo exēpla. Dauid. Magdalene Pau. Pe. Latrōis: ꝛ hmōi. Induratos ꝛ ſe excuſantes: aggrauaꝛ peccata eoruȝ: oñdendo pericula: exēplo Ade: Saulis: Iude ꝛ hmōi que ſeipſos deſperauerūt. ¶Nota ſcdȝ.m. Vber. in li.d.of.or.ꝗ illoruȝ ꝯfeſſiones prius ſunt audiende ꝛ libentius: qui magis indigere putanꝛ: vel qꝛ raro venire ſolent: vel qꝛ ſunt extranei: vel qꝛ ſunt in maiori ſtatu: vel de quorum confeſſione ſperatur maior vtilitas futura.

¶Quomodo ſe hr̄e dēat cōfeſſor audiendo mulieres.

i Deȝ dicit de audiētib⁹ mulieres. Caueāt ne niſi i publico audiant: ꝛ niſi ab aliquo videanꝛ: nec multū imorenꝛ: niſi quātū neceſſitas ꝯfeſſionis requirit. Et eis que nimis frequēter cōfiteri volūt: aſſignēt certū tp̄s. extra qd ipſas nō audiant: nec alijs colloquijs ſe eis exponūt: ꝛ ſemper duris

verbis ⁊ rigidis vtanſ circa illas poti⁹ q̃ȝ molib⁹:hec ille. Et hoc eſt cõtra illos:q quotidie audiũt mulierculas ⁊ faciũt eis lõgas p̃dicatiões:vñ amittũt mltũ tpis ⁊ ſcãdalũ ſeqſ cõiter i ipſis ⁊ i populis.
¶Qualis ⁊ q̃ta debeat iniũgi ſatiſfactio ſeu pnia a cõfeſſore penitentib⁹ ⁊ q̃liter ſe hñe debeat pnias iniũgẽdo.

n Ota ꝙ pro quolibet pctõ mortali eſſet regulariter ſeptẽnis penitẽtia iniũgẽda:ſeu imponẽda vt habeſ.xxij.q.i.c. p̃dicandũ i glo.⁊.xxxiij.q.ij.c.hoc ipȝ ⁊.§.ſe.qḋ ſeruabaſ antiqtus: ⁊ iſta ſeptẽnis pnia magis vl minus aſpa ſecũdũ varietatẽ criminũ maioꝝ vel minoꝝ ⁊ circũſtantiaꝝ ⁊ cõpũctiones erat: quia vt dicit ibi Jero. apud deum nõ tm̃ valet tpis mẽſurã:q̃ȝ doloꝝ:nec tm̃ abſtinẽtia ciboꝝ q̃ȝ mortificatio criminũ.de pe.di.i.c.mẽſurã. Sed hodie pnie oẽs ſunt arbitrio cõfeſſoris taxãde:cõſideratis circũſtãtijs criminuȝ ⁊ pſonaruȝ:⁊ hmõi:extra de pe.⁊ re.c.de⁹qui.¶Dicit etiã Leo papa.xxvi.q.vij.c.tempora.Tpa penitudinis:tue moderatiõis arbitrio ſunt cõſtituẽda:prout cõuerſoꝝ aios proſpexeris eſſe deuotos.
¶Ray.Guil.⁊ ſpe.i ſuo repꝫtorio hoc tenent ⁊ generalis cõſuetudo ſic:ſe hẽt: Nec eſt cõtra id qḋ dicit Gre.de pe.d.v.c.falſas.Falſas pnias dicimus.que non ẜm auctoritatem ſanctorũ patruȝ pro qualitate criminũ iponunſ.Hoc enim intellige ẜm Ray.cum ſine neceſſitate rõabili dimitterẽſ pnie antiqt⁹taxate. Nã vltra illã cõem pniaȝ ſeptẽnẽ ꝑ q̊libet pctõ mortali i genẽ: ponunſ alie pnie maiores vl minores pro certis pctis:prout habetur in diuerſis capitulis decretaliũ ⁊ decretoruȝ:q̃ qꝛ cõiter nõ dãtur:hic nõ pono.que pleni⁹habẽtur i ſumma cõfeſſorũ li.iij.ti.xxxiij.q.cxxv.ti.de peni.⁊ re.vbi ponũtur caſus.xlvi.de hmõi. Eſt aũt ſatis rationabilis cã non dãdi huiuſmodi pnias in diſpoſitione penitentiuȝ:⁊ etiã aliqñ non ſufficeret tẽpus vite.Naȝ vt Ray.⁊ Hoſti. dicũt:dẽt ꝯfeſſor talẽ dare penitẽtiã:quã veriſimilr credat illũ iplere:ne ipaȝ violãdo deteri⁹ſibi cõtingat.¶Qḋ ſi ma

gna pctā commiſit ⁊ dicit ſe penitere:ſ; nō poſſe aliquam durā pniaȝ facere:animet eū ad hoc ↄfeſſor.ei oñdēdo grauitatē pctōꝝ:⁊ per ↄſequens pniaꝝ ⁊ penaruȝ ſibi ꝑꝑ hoc debitaꝝ ⁊ ſic tandē iniungat ei pniam:quā libēter ſuſcipiat. Et ſi ſacerdos nō p̄t gaudere de oīmoda purgatione eius:ſaltē gaudeat.ꝙ liberatuȝ a gehenna:tranſmittit ad purgatoriū. ¶ Itaqȝ vt dicit Hoſti.cōfeſſor nullo mō dēt permittere pctōrē deſperatū a ſe recedē:ar.xxvi.q.vi.c.preſbyter:ſ; poti⁹ iponat ei vnuȝ pater noſter : vel aliud leue:⁊ alia bona que fecerit vł mala que tolerauerit ſint ei i pniaȝ Cōcor.Tho.in hoc. Hoc tñ ſane itellige:videlicet ſi ipſuȝ alias penitet:⁊ dīc ſe paratuȝ facere qͦ dēt ſ; hoc onus penitētie ſufferre nō poſſe:tunc ꝓpter hoc q̄ztūcūqȝ deliquerit nō dēt dimitti ſine abſolutione.ne ſe deſperet. S; ſi dicit ſe nō poſſe dimittere odiū vel caſte viuere:vł alienū nō velle reſtituere: vel artem dimittere quā ſine mortali peccato exercere nō pōt:vel aliͦ hmōi cū poſſit:nullo mō dēt abſolui ſ; Tho. Pe.de pal. ⁊ Alb.q: vt dīc Greg.cā.xi. q.iij.c.Tūc vera eſt abſolutio ſacerdotis:cuȝ interni ſequiť arbitriuȝ iudicis.i.dei:q nūq̄ȝ abſoluit ipenitentē:de pe.di. j.c. Perfecta.§.neminē. Sacerdos aūt nullam debet cōmittere falſitatē in ſacramētis veritatis. Vñ de pe.di.v. c.fratres . Fratres nr̄os admonem⁹:vt falſis penitētijs animas laicoꝝ decipi nō patianť.Falſas pnias dicimus cum ſic agiť de vno.vt nō recedať ab altero. ¶ Verū ⁊ ſi talis peccatū pur vult ↄfiteri debet audiri ei⁹ↄfeſſio:vt dicitur eͯ de pe.⁊ re.c.ꝙ quidā: ⁊ ſic aliqd debet iniūgi:nō tñ abſoluēdo eū:ſ; ei declarādo ꝙ ꝓpter hoc nō eſt abſolut⁹: ſ; tñ ſatiſfaciet p̄cepto eccleſie annualis ↄfeſſionis fiēde: ⁊ hortetur eū ꝙ faciat omne bonuȝ qͦ pōt:vt de⁹cor eius illuſtret ad pniaȝ:vt dicit de pe.di.v.c.falſas . ⁊ ſic non eſt dimittēdus ſine ↄfeſſione ne deſperet. Qͦ ſi inſtet pro abſolutione:oſtendēdo ſcandalum ⁊ deſperationē ſi nō abſoluať:nullo modo d̄bet ei aſſentire. Licȝ tamē ei declara

re:q fieri nō poteſt:nec iuuaret eu3.¶Et ſi permanet in ſcandalo:nō eſt curandu3: q2 eſt ſcandalum phariſeorū.xi. q.iij.c.Inter verba.

¶Qualiter ſe haberi debeat confeſſor penitentias iniungendo penitentibus.

i In iponendo penitētias ne vileſcat auctoritas eccleſie:arbitretur ꝯfeſſor.⁊ ne poteſtas clauium cōtemnaſ:de pe.di.i.c. Multiplex.§.ſunt qui arbitranſ.50.di.c.abſit ⁊.c.ſi quis prepoſtera.Minus malū eſt ſi pur ꝯtingat errare.q erret dādo nimis paruā: q̄3 nimiſ magnā:vt dicit Chryſo.xxvi. q.vij.c.alligant:q2 vt ibi dicit Meliꝰ eſt deo reddere rōnē de nimia miſericordia:q̄3 de nimia ſeueritate.Si.n. benignus eſt deꝰ:vt qd ſacerdos vult eſſe auſterus?¶Exēplū habemus a xp̄o vt dic̄ Ray. qui nulli vnq̄3 graue3 ipoſuit pniam:ſ3 dixit: Vade ⁊ amplius nolli peccare: ⁊ ad hoc maxime d3 attendere ꝯfeſſor excidere ab eo cauſas ⁊ occaſiones pctōꝝ:puta ſi ꝯuerſatio eius cū aliquo vel aliqua eſt occaſio ei alicuiꝰ ruine:d3 imponere ſibi quod dimittat ſi pōt:⁊ hmōi de pe.diſt.iij.c. ſatiſfactio.Aliqn̄ iponere poteſt ei loci mutatione3: qui ei eſt ad ſcandalum: ſi fieri poteſt di.lxxxi.c.valet.Aliquando tamen res ſic ſe habēt:qđ fieri non poteſt.

¶Contraria penitētia debet imponi delicto.

i Te3 iponēda ē pnia ꝯria ad malū qđ cōmiſit ſm Ray.videlicet ſupbo opera humilia:guloſo ieiuniu3: auaro elemoſyne ⁊ hmōi:q2 ꝯria contrarijs curanſ:de pe.di.ij.c.ij.Qđ intellige ſi creditur illu3 velle ⁊ poſſe perficere.Hoc.n.eſt ad bū eſſe:iponere magis iſtā q̄3 illa3.¶Itē ſi eſt negligēs ad audiendū verbū dei: ſibi pōt iniungere ſm Io. q audiat certum numerum predicationū.Dēt tn̄ cauere confeſſor ne det talem pniam.per quā fiat alteri p̄iudiciū:puta ſi ſeruo iniungatur pegrinatio vel ieiunium ꝓlixum ita q eius dn̄s reciperet detrimētu3 de ſeruitio ſuo:ſi etiā imponeret vxori vt daret multas elemoſynas:dabit de bonis viri ſi paraſre nalia non habet.

¶ Item pro peccato occulto nõ eſt manifeſta pnia iniungẽda.ſ.talis:vt poſſit inde ori ri aliq̃ ſuſpitio pcti commiſſi. ¶ Itẽ nota ſm Ioan.an.ſup cle.dudũ de ſepul.ſup verbo audire:q pri⁹ debet ſacerdos imponere pniã q̃ facere ab ſolutionẽ a Peccatis: qd̾ p bat ex ipo textu:clemen. que prius loquit̃ de pnia iniungẽ da:poſtea de abſolutione:tuz etiã ex rõne probat:q2 cũ ab ſolutio ſit complemẽtuz z for ma in pnia:prius dẽt eſſe ſa- tiſſactio que eſt vt pars ma- terialis pnie:ſaltẽ in propoſi to actuali:vt expſſa ſatiſfacti one que dz iponi p ſacerdotẽ acceptet eã penitens ſicut cõ feſſus eſt z doluit:z inde ſeq- tur abſolutio.Sz ↄ̃triũ dicit̃ eſſe de cenſi.c.finali vbi dicit̃ q archiepi pñt in viſitatione abſoluere. z pnias imponere ergo de neceſſitate nõ pcedit Quia tñ cõiter fit ↄ̃triũ:vt.ſ. prius abſoluat̃ z poſtea iniun gatur pnia:qñocunq fiat vel ante vel poſt.ſufficit.Preſup ponit.n.cõfeſſor illũ habere propoſitũ faciendi qd̾ ſibi in iunget:cũ ipẽ peniteat.¶ Se cundũ Io.ſi penitentẽ abſol uis.cuius generalem cõfeſſi onẽ audiuiſti abſoluas euz.ẽt a penitẽtijs oblitis:iniunctis ab aliis ſacerdotib⁹. Et ſi ali quaꝝ pniaꝝ iniunctarũ me- mor ſit q nõ ipleuerit eas: ſi iudicaueris expediẽs.cõmit- tes eas:niſi eẽt in caſu a quo non poſſes abſoluere. ¶ De permutatione pnie habes in iij.pte ſumme ti.xiiij.c.xviij.z xix.vbi ẽt m̃ta d̾ ſatiſfactiõe. ¶ Memoriale dicendũ peni tenti circa penitentiã fiendã.

c Autũ eſt ẽt ſibi d̾cla rare z permittet̃ q ſi aliqua die ex obliuio ne vel negligentia dimitteret pniam impoſitã:puta ieiuni- um vel orationes z huiuſmo di:q poſſit alia die remitter̃. ¶ Et ſm pe.de pal.in.iiij.di. xx.q.iij.ar.iij.ar.iiij. cõſulẽdũ eſt diuitib⁹ z nobilib⁹ q que rant participationẽ bonorũ que fiũt in religionib⁹:in qui bus ſunt z plures penalitateſ q̃ alibi:z magis deo accepte z q in pniã iponatur eis q nõ ſolũ bona que faciẽt per ſeipſos:ſed etiã que per alioſ procurabunt.z ab alijs:z oĩa quoꝝ ſpecialiter ſunt partici pes.¶ Dicit ẽt Pe.de pal.i

iiij.di.xx.q.ij.ar.i.qđ dēt ꝯfeſſoꝛ cū minoꝛē pniam debito imponit:innoteſcere ei ꝙ illa pnīa ſibi impoſita nō eſt digna:ne decipiat̄ putans ſufficere:ſꝫ ꝙ dħeret pro quolibꝫ moꝛtali ſeptēnem agere penitentiā:quā ſi hic nō ꝑficiet:in purgatoꝛio luet. Si tñ per illam declarationem crederet euꝫ incidere in deſperationē non dꝫ ſibi hoc dicere.

¶ Quid fiendū qñ penitens: nō ꝯfitet̄ pctm̄ aliqđ moꝛtale qđ confeſſoꝛ ſcit eſſe in eo.

d E confitente aūt qui nō ꝯfitetur aliquod moꝛtale:qđ nouit de eo ꝯfeſſoꝛ.ex eo ꝙ nō reputat illud peccatum:dicit. Hoſ.in quolibet.ix. ꝙ ſi eſt certuꝫ illđ eſſe moꝛtale:tūc quicūqꝫ ꝯfeſſoꝛ dꝫ ei facere conſciētiā de eo:cū ꝯfeſſoꝛ oꝛdinet̄ ad vtilitatem ei⁹:ſed vtilitas eius eſt ꝙ ſciat ſtatū ſuuꝫ:nec dēt euꝫ abſoluere:ſꝫ reputare eū indignum ꝛ indiſpoſitū ad recipiendū abſolutionē:dū manet in tali ſtatu. ¶ Sed ſi dubiuꝫ eſt vtrū ſit moꝛtale:ꝛ opiniones doctoꝝ ſunt diuerſe: videlicet vtrū ſit licitum emere redditus ad vitā:tūc aut confeſſoꝛ eſt oꝛdinarius ei⁹:ita ꝙ tenet̄ ꝯfeſſionē eius audire:ꝛ tunc ſi ſit opinionis illi⁹ ꝙ illud nō ſit peccatuꝫ:debet euꝫ abſoluere ſimpliciter. Si aūt credit ꝙ ſit peccatū:dꝫ ei facere cōſciētiā q꞉ cōfitēs ſe diligēter infoꝛmet de illo facto vtrū ſit peccatū. Sed dato ꝙ ille nō vellet recognoſcere illud eē pctm̄: nihilominus ex quo eſt oꝛdinari⁹ tenetur euꝫ abſoluere:nec dꝫ eū reputare inhabilem ad abſolutionē:qꝛ hoc ex erroꝛe ꝛ nō proterua opinione ꝓcedit. ¶ Oꝛdinarius autē abſoluēdo:debet ſeq cōmune iudiciū eccleſie non ſuū. Si aūt ſit cōfeſſoꝛ dlegatus qui in nullo tenet̄ cōfitenti niſi velit:ſi credit illud eſſe moꝛtale nō dēt eū abſoluere qꝛ ex mera volūtate depēdet vt abſoluat vel dimittat. Debet.n.ſequi ꝓpꝛium iudiciuꝫ in abſoluendo : ꝛ peccaret ſi abſolueret. Hec Hoſt.

¶ Sacerdos dicitur ſoluere vel ligare tripliciter ꝛ de modo ꝛ foꝛma abſoluendi.§. vi.

n Ota tādē ſm̄ Ray. ꝙ ſacerdos dr̄ ſoluere vel ligare tripliciter. ¶ Vno mō per oſtēſiōꝫ

ideſt oſtendendo ſolutuȝ vel ligatū. Dico ligatū cum non abſoluit. Licet. n. ſit peccator per ꝯtritionē a deo abſolut⁹: tñ in facie eccleſie adhuc manet ligatus ⁊ ſic itelligitur. c. Multiplex. §. quātuſlibet. de pe. di. i. ¶ Alio modo ligat ſacerdos dando pniaȝ ad quā obligat pctōrē. ⁊ ſoluit eū qñ de pnia ſibi debita dimittit: vel per eaȝ purgatū ad ſacrā admittit. de pe. diſt. i. c. multiplex. ¶ Tertio mō per excōicationē ⁊ abſolutioneȝ ab ea. ij. q. i. c. nemo. Tñ fit ſcȝ Pe. abſolutio a peccatis realiter: per miniſteriū ſacerdotis: nō quidē principalr ⁊ auctoritatiue: q2 hoc eſt ꝓpriuȝ dei: de pe. di. i. c. Multiplex. §. verbū nec ſolū oſtēſiue: q2 ⁊ hoc faciebant ſacrā veteris legis ſiue teſtamēti: nec ſoluȝ depcatiue: q2 ſic magis abſolueret bonus laicus: q̄ȝ malus clericus: nec ſolum per ꝯtritionē ꝯfitētis: q2 tunc nunq̄ȝ qs efficeret ibi de attrito cōtritus. Sed opatur inſtrumētaliter abſolutio ad remiſſionē: diſponēdo ad gratiaȝ: ⁊ niſi ponat obſtaculum. fit de attrito ꝯtritū: ⁊ iaȝ cōtritio ad auget gratiaȝ. Hec Pe. de pal. cūi ꝯcor. Tho. in. iiij. d. xviij. q. iij. ar. v. ad primū. ⁊ fit hoc virtute clauiuȝ que dñr plures in effectu q2 vna ē ptās: diſcernēdi: alia diffiniēdi. Vna tñ eſt eſſentialr. ſ. ptās iudicādi in foro aīe collata a deo ⁊ in anima impſſa indelebiliter: per ſuſceptionem ſacerdotij. Hec Pe. Scdȝ vero Ray. nota ꝙ triplex eſt iudicium. ſ. dei: Petri: ⁊ celi. ¶ In pmo abſoluitur pctōr per cōtritionē. ¶ In ſcdo. ſ. iudicio Petri. i. ꝯfeſſionis: ꝑ abſolutionē ſi tñ prius ſit abſolutus adeo ſaltē ordine: aliogn nō. Vnde dicitur. xxiiij. q. i. c. manet. Manet Petri priuilegium: qñ ex equitate ferr iudicium. ¶ In tertio. i. iudicio celi. i. curie celeſtis abſoluitur per approbationē: de pen. di. i. nūgd caim. ¶ Alio mō ⁊ alijs verbis dicit triplex iudiciū. Primū dei. Scdm Petri in eccleſia militanti. Tertium ſurſum in eccleſia triumphanti. ¶ Primū eſt quo de⁹ mundat animā in ꝯtritiōe: ⁊ hoc precedit reliqua duo. ſcilicet tempore: dignitate ⁊ effectu. Eſt eni ille q claudit ⁊ nemo

aperit ⁊ nemo claudit. ¶Secundũ ꝙ ſeqtur poſt illum: ē iudiciũ ſacerdotis: qui auctoritate clauiũ ligat vł ſoluit eo mõ quo pauloante dictũ eſt. ¶Tertiũ qđ ſeqtur: eſt iudicium approbationis. ſ. celeſtis curie ⁊ angelorũ. ¶Nota ēt ſcđm Pe. de pal. in. iiij. diſt. xviij. q. i. ar. i. ꝙ ē triplex clauis regni celoꝝ. ¶Prima ē auctoritatis ⁊ hanc habet ſolus deus: qꝛ cũ clauis ſit poteſtas aperiendi celũ ⁊ deus qui ſolus principaliter põt remittere peccata qbus celum clauditur ⁊ gratiam infundere qua aperit: ideo habet hãc ipſe ſolus. ¶Secunda eſt excellentie. Hanc habet ſolus chriſtus inquãtũ homo. Ipſe enim merito paſſionis aperuit celũ: tollẽs impedimẽtum nature: qđ nullus tollere potuit. ¶Tertia eſt clauis miniſterialis: hãc hñt ſacerdotes qui miniſterialiter ⁊ diſpoſitiue agũt ad ammotionē obſtaculi. i. vectis ſeu pcti: ⁊ aptionem ideſt collationē gratie. ¶Clauis aũt miſterialis eſt duplex: vna dicit ordinis: alia iuriſditionis: ⁊ forte ſunt realiter diſtincte: qa licet clauis iuriſditionis nõ ſit aliqd reale tam̃ clauis ordinis ē aliqd reale ⁊ indelebile: ⁊ clauē ordinis hẽt oĩs ſacerdos ſ; clauē iuriſditiõis nõ hẽt niſi habeat ſubditũ: vñ ⁊ curatꝰ nõ ſacerdos: hẽt clauē iuriſditionis ⁊ nõ clauē ordis. Itē clauis ē duplex. ſ. clauis ſciẽtie ⁊ clauiſ potẽtie: vna tñ ē eñalr.

¶Forma verborũ abſoluēdi penitentem.

d Icit Pe. de pal. diſ. xxj. q. ij. arti. ij. ar. iij. ꝙ hõ qꝛ ignorat vtrum vnq̃ fecerit vnã pfectã ꝯfeſſionē: expedit ꝙ in oĩ cõfeſſione ſacrali. poſt oĩa ſua peccata ſpãlit enumerata: ſequatur generalis clauſula. ſ. de oĩbꝰ alijs mortalibꝰ ⁊ venialibus cõfeſſis ⁊ nõ cõfeſſis ac oblitis dico meã culpã: ⁊ ſic ſeqtur abſolutio: ⁊ ſic valebit ad remiſſionē culpe ⁊ pene etiã mortalis ⁊ ſcite ac etiã oblite: ad quã tamē non tenebaṫ alias in ſpeciali confiteri iterũ qꝛ. ſ. ſufficiẽter ꝯfeſſus eſt.

¶De forma ⁊ vi verborum que regrunṫ in abſolutione.

f Orma ãt abſolutõe. ſ; tho. i opuſ. i tractatu đ forã abſolutõis

eſt hec: quantũ ad ſubſtantiã Abſoluo te. ꝛ conſueuit addi ego ꝛ a pctis tuis ꝛ ſi nõ diceret̃ ſubītelligeret̃: qꝛ. n. in ſacramẽtis verba hñt efficaciã ex inſtitutione diuina. Tenẽda ſunt determinata verba: cõſonãtia inſtitutioni diuine dicẽti. Quecũq; ſolueritis: ꝛ cetera. Iſta verba ꝯueniunt: ego te abſoluo. Idez Inno. ꝛ Hoſt. ꝛ meli⁹ addit̃ ſm Pe. ð pal. i. iiij. di. xxi. q. ij. ar. ij. ab oibus peccatis tuis: q̃ꝫ dicere a pctis tuis ꝯfeſſis: ꝛ oblitis ꝛ meli⁹ dicit̃ ab oibus peccatis que ꝯfeſſus in generali vel ſpãli de quibus intendis. ¶ De iſta ꝛ aliis formis diuerſis abſolutionis ab excõicatione ꝛ pctis: dicet̃ infra in fine īterrogatorij. ¶ Solet ãt papa aliq̃n tantã facere grãz quibuſdaz. vt ab oib⁹ cẽſuris ꝛ penis ſimpliciter iuriſ. ꝛ ab hoie lat̃ poſſint abſolui in foro ſaltẽ ꝯſciẽtie: ꝛ tũc ꝯfeſſor põt iſta forma vti: quaz a curia romana habui ꝛ vſus ſuz. ¶ Forma abſolutiõis ab omnib⁹ cẽſuris ꝛ penis: tã a iure q̃ꝫ ab homine latis.

d Ex plenitudine ptãtis apoſtolice: cui⁹ auctoritatem pro preſenti gero: abſoluo te ab oibus cẽſuris eccleſiaſticis: ſentẽtijs: ꝛ vinculis excõicationũ: ſuſpenſionũ ꝛ interdicti: tã ab hoie q̃ꝫ a iure latis. nec nõ ab oib⁹ negligẽtijs ꝛ defectib⁹ cõmiſſis in ſacramẽtorũ adminiſtratiõe officijs ꝛ actib⁹ tuis: vel noie tuo factis ſupplẽdo de ſolita aplice ſedis clemẽtia: oẽs defectus eorũdẽ. Aboleo ẽt oẽz maculã infamie ꝛ inhabilitatis vndecũq; ꝯtrãctã: diſpẽſoq; tecũ: ſup omni irregularitate ſimonia i ordine ꝛ beneficio actiue vel paſſiue q̃cũq; occaſione vel cã: ẽt circa te in collatione ordinũ ꝛ alioꝝ ſacramentoꝛuz ꝯctis ſeu cõmiſſis. Reſtituo te ꝛ habilito te ad ſtatũ: famaz: honorẽ ꝛ executionem officioꝝ eccleſiaſticoꝝ quorũcũq;: ac ad omnes gradus dignitatum ꝛ honoꝝ. ad bñficia eccleſiaſtica habita ꝛ habẽda: ꝛ tibi de his que habes. de nouo ꝓuideo: relaxando tibi fruct⁹ quos male pcepiſti ſeu leſa ꝯſciẽtia ex eiſdẽ: ac alia que in ludo ex ſucceſſione ac alias ad te ſupuenerũt: que ſubiacẽt reſtitutioni vage ĩ forma pleniſſima. In

nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritꝰ ſancti amē. ¶ Si aūt aliquis dubitat: an pro iſtis ſpecialis exigat forma abſoluēdi neceſſaria: qui a ſede aplica habēt priuilegiū q̄ in articulo mortis dūtarat ſemel poſſint abſolui ⁊ habere plenā remiſſionē omniū ſuoꝝ peccaminuꝫ ideſt a culpa ⁊ a pena vt alij exprimunt rn̄deſ ſm q̄ a magiſtris tā in ꝯcilio ꝯſtantiēſi q̄ꝫ baſilienſi dictuꝫ fuit: q̄ nō ſed ſufficit q̄ ea oia ⁊ ſingula faciat pro q̄bus p̄fata indulgentia daſ: ꝑut in bullis vel priuilegijs taliuꝫ exprimitur. ¶ Nec putet aliquis q̄ qn̄ i articulo mortis fuit ſemel abſolutus plenarie: ⁊ vſus eſt ſemel illo ꝑuilegio: q̄ poſtea in alio articulo mortꝭ vti illo iterum valeat: niſi papa latiorē auctoritateꝫ daret q̄ꝫ dat: qn̄ ponit q̄ in articulo mortꝭ dūtarat ſemel: ⁊ ita reſpōſuꝫ eſt in ꝯcilio ꝯſtantienſi a clariſſimis viris pluribꝰ de hoc reqſitis. Nec mirū: q̄r priuilegiū de indulgentijs tantuꝫ valet dei dat: quantam ſonat: non autem extendi debet vltra.

¶ Quid fiendum quando confeſſor abſoluit penitentem de quo non debuit.

Ed quid de ꝯfeſſore qui abſoluit ꝯfitētē: de quo nō d̄buit: aut ex ignorantia: vel verecundia vel feſtinatiōe vel huiuſmodi ⁊ ꝯfeſſor poſtea experiſ ſe errasse: nunqd tenetur cōfitenti hoc dicere. Rn̄detur ſꝫ oēs: q̄ cōfeſſus excuſatus eſt: ⁊ coram deo abſolutꝰ interim q̄ neſcit: ſꝫ cōfeſſor nō. Quid ergo faciet. Collatio fcā fuit de hoc cuꝫ multis notabilibꝰ doctoribꝰ theologie in ꝯcilio baſilienſi. Naꝫ quidā dixerunt q̄ ꝯfeſſor debꝫ auctoritatē a ſuperiore ipetrare abſoluēdi eum: ⁊ ſi ſine magno ſcādalo fieri pōt vocare nō abſolutū: ⁊ ſibi dicere ac euꝫ abſoluere poſt auditā ꝯfeſſionē. ¶ Vel ſi magnū ſcādalū timereſ: abſoluat eū abſentem: ſi ab vltima ꝯfeſſione adhuc ſperatur eſſe in gr̄a. Adhuc āt ⁊ alijs placuit: ſi notabile ſcādalū timereſ: ſummo ſacerdoti deo cōmittat: ⁊ ſolam condignaꝫ penitentiā pro eiꝰ negligentia per agat confeſſor: preſertim quando multitudo ſic eſt neglecta vel multi eorum diſtant a loco vbi eſt confeſſor.

¶Quid de ꝯfeſſore qui non intelligit penitentem.

Quid etiaʒ ſentiendū eſt de eo qui ꝯfitetur ⁊ ꝯfeſſor nō intelligit euʒ: aut ex dormitione aut ex imperitia ligue vel diſtractione nimia mentis vel ſimili cā. Rūdet Jo. de hartheberg is antiquus doctor in quolibet ſuis. Sacramētalis abſolutio preexigit ꝯfeſſionē. Omnis vero cōfeſſio importat reuelationē: que nō pt eſſe ſine relatione vni⁹ ⁊ pceptione alterius. Cum ergo alteꝝ iſtoꝝ deficiat. ſ. pceptio ſacerdotis: in p̄fato caſu de illo pctō nō credo eſſe ꝯfeſſioneʒ: ⁊ per cōſequens nec impendi abſolutionē. Hec ille. Sʒ illud videtur debere intelligi: vbi obaudita ſunt pctā grauia: q̄ ſunt de neceſſitate ſalutis ꝯfitēda nō de alijs que cadūt ſub cōſilio vt vēialia: ⁊ vbi talia modica obaudiunt raro ab eo q alias noſcit pſonā. Debet ergo ꝯfeſſor facere iterare ea q̄ ex ſomno nō intellexit. ¶An penitēs teneatur iterare penitentiaʒ ei iniunctā in peccato mortali factam in toto vel in parte: ⁊ an dicta pnia taliter facta ei valeat in foro militātis eccleſie. §. xij.

Utruʒ vero pniaʒ ſeu ſatiſfactioneʒ impoſitam per abſolutioneʒ debitā inſpctō mortali factā: vel in toto vel in parte teneatur hō iterare. Sup hoc ſunt varie opiniones. In hoc tamen oēs cōcordant: ꝙ ſatiſfactio facta in mortali nō valet ſic̄ nec alia opa facta in mortali valent in foro dei ad tollendū vel minuendū debituʒ pene pro pctis ad qđ ordinat̄ ois ſatiſfactio: qꝛ cū nō ſit in amicitia cū deo: non pōt eſſe acceptū tale opus ipi deo ſic factuʒ. ¶Sed vtruʒ valeat in foro eccleſie militantis: ita ꝙ nō teneat̄ eaʒ iterare. In hoc eſt varietas opinionū. Aliqui dicūt: ꝙ tenetur iterare: qꝛ cū non potuerit ſatiſfacere deo: nec ēt potuit ſatiſfacere ſacerdoti: qui in pſona dei: illud ſibi iniunxit. Sed Pe. tarā. ⁊ Jo. peri. videntur ſimpliciter dicere ſine diſtinctione: ꝙ talis non tenet̄ iterare tales ſatiſfactiones qꝛ ſatiſfecit in foro eccleſie militantis in quo date ſunt: ⁊ vbi nō iudicatur de diſpoſitione interiori. Idē

videtur ſentire Vincē.in ſpe
culo hiſtoriali li.ix.c.d. Ani-
bal.in.iiij.¶ Et pro iſta opini
one vr̄ ſatiſſacere īpoſitio ſe-
ptēnis penitētie:que regulari
ter fiebat pro quolibet morta
li antiquus vt.xxij.q.i.c.p̄dicā
dū. Et veriſimile eſt ꝙ in tā-
to iteruallo aliqd̓ mortale cō
mittebāt vn̄ ſi oportuiſſet ite
rare fuiſſet laqueū imponere
animabus. Tho.vero cum
Alb.i.iiij.diſtinguūt de ſatiſ-
factiones in qb⁹ remanet ali
quis effect⁹ in ſatiſſacientib⁹
etiā poſtq̄ꝫ act⁹ ſatiſſactionis
trāſijt:vt ex ieiunio remanet
corporis maceratio:vel debi
litatio ⁊ ex elemoſyna ſubſtā
tie diminutio:⁊ tales ſatiſſa-
ctiones in pctō nō opꝫ itera
re:qꝛ q̄tuꝫ ad illud qd̓ ex eis
remanet:per pniam ſequētē
accepte ſunt. Alie vero ſatiſ-
factiones ſunt:que nō relin-
quunt effectū in ſatiſſaciente
poſtq̄ꝫ trāſijt act⁹ ſicut in ora
tione ⁊ hmōi. Actus.n.interi
or qui tollit̄:tranſit nullo mō
viuificat̄:vnde opꝫ ꝙ tales ſa
tiſſactiones iterent̄. Eandeꝫ
opinioneꝫ tenet Pe.de pal.i
iiij.di.xv.q.j.ar.iij.magis de-
clarans. Dicit.n.ꝙ in ſatiſſa
ctionib⁹ habentib⁹ effectū de
relictū poſt opus:vt elemoſy
na priuationē eris.ieiunium
corporis debilitationē ⁊ hu-
iuſmodi: ſi poſtea peniteat ⁊
perſeueret: ſicut baptiſmalis
character hēt effectū recedē-
te fictiōe:ſic ⁊ iſtud derelictū
ex ſacramēto qd̓ operatur ex
opere opato:incipit valere ex
ſequēti ei⁹ approbatione ⁊ ſa
cerdotis ratihabitiōe:cū illū
vere penitet ⁊ nō ex ſimplici
viuificatione:quia opus ope-
rans mortuū nūq̄ꝫ viuificat̄:
⁊ ſic illa pnia ſatiſſacit:nō ſo
lum in foro eccleſie: ſed ēt in
foro dei q̄tū ad illud dereli-
ctū:vt nō oporteat iterare ſi-
cut ieiuniū:elemoſyna ⁊ hu-
iuſmodi. Sed ſi nō hn̄t effe
ctum derelictuꝫ vt orō:talis
pnia fcā in mortali nullo mo
do ſatiſſacit qn hic vel alibi
oporteat ſatiſſacere:qd̓ vr̄ in
telligenduꝫ in foro dei:qꝛ nec
rōe ipſi⁹ opis cū faciat:nec ra
tiōe d̓relicti cū poſtea penitet
euꝫ cū nō hēat effectū dereli
ctū:ſꝫ i foro eccleſie ſatiſſacit:
qꝛ nō eſt neceſſe eā iterare ſi
vult eē in ſtatu ſalutis:poſtea
penitēdo: ſicut neceſſe hēbat
ipſam implere cū fuit ſibi im

poſita.¶ Unde idēʒ Pe.di
cit paulo ſuperiꝰ:ꝙ q̄n homo
eſt de oībus ꝯtritus ⁊ cōfeſ-
ſus.⁊ accipit pniam cū abſo-
lutione:ſi recidiuās pagat eā
in mortali:ipſe quidē ſe libe-
rat ab iniūctione ſacerdotis
nec incurrit pctm̄ inobedien
tie:qđ incurreret ſi eā nō per
feciſſet q2 non eſt fortiꝰ vincu
lum ꝯfeſſoris ꝙ̄ʒ dei vel eccle
ſie.Sʒ in mortali exiſtēs im
plendo preceptuʒ dei.ſ.de ho
nore parentū vel preceptū ec
cleſie:vt de ieiunio quadrage
ſimale ⁊ de elemoſyna ab il
lo abſolute ſe liberat:ergo ⁊c̄.
hec Pe.vbi.ſ̄.Cū ergo pnia
iniuncta ordinet ad tollendū
vel diminuendū debitū pene
tp̄alis:talis qui pniaʒ ſibi im
poſitam nō habentē effectuʒ
derelictū.vt orationes:pfecit
in mortali:ſi reuertit ad peni
tentiā ⁊ tandē moritur in ſta
tu gratie:ex quo illā nō itera
uit:cū per ipſam nil ſit ſolutū
de debito pene tēporalis :ſol
uet eā in purgatorio:niſi per
alia bona hic ſatiſfaciat. Qđ
ſi nō reuertat ad pniam:qui
pniam pficit in mortali quā
cūqʒ:ſiue habentē effectuʒ ſi
ue nō habentē derelictuʒ:ſol
uet illđ debitū in iferno ſem
per:ſicͧ ille qui morit cū mor
talibꝰ⁊ venialibꝰ:de vtriſqʒ
ſoluet penā eternā in iferno.
¶ Quāuis eni pro vēiali de
beat pena tēporalis:que finē
hēt:tn̄ per accidēs eſt ꝙ vēia
le puniatur in inferno pena
eterna.ſ.rōne ſtatꝰ:q2 in infer
no nulla eſt redēptio.Nō.n.
eſt ille ſtatuꝰexpiandi culpaʒ:
ad quā ſequit pena ⁊ iō ſem
per.remanente culpa veniali
durat ⁊ pēa.Ita tenet Tho.
in.iiij.di.xxij.Sed de pena tē
porali đbita pro mortali poſt
ꝯtritioneʒ Pe.de pal.ſic de
clarat.i.iiij.vbi.ſ̄.ar.iiij.ad pri
muʒ.¶ Peccator poſt quā ē
deo recōciliatꝰ eſt debitor pe
ne finite:nō qualitercūqʒ ſol
uēde:ſʒ in ſtatu grē in quo ſo
luʒ eſt deo accepta.aliogn eſt
debitor pene tāte:quantū me
retur culpa:⁊ illa eſt infinita.
Unū peccatori per ſe debeba
tur quidē pena ifinita ſi erat
in mortali:ſed mutata fuit.in
tēporalem:ſuppoſito qđ per
ſeueraret i amicitia.Accepta
uit:eniʒ deꝰabſolutionē a pe
na eterna:⁊ impoſitioneʒ pe
ne finite ſub ꝯditiōe:ſi in grā
fieret.¶ Et ſi querat.quare

de⁹ magis acceptauit abſolu
tionē a culpa ſine ꝯditiōe: ꝙ̄
abſolutionē a pena: dicendū
eſt ꝙ culpa tranſit ꝛ macula
tranſit:ꝛ gr̄a in momēto ad-
uenit:ſꝫ ſatiſfactio futura eſt.
Futuris autē ſolet ꝯditio ap
poni:non aūt preſentib⁹ nec
preteritis:vel ſi apponatᷣ:cer-
ta eſt:q: ſic eſt in gr̄a pro tūc
nō pōt eſſe ſine gr̄a. Ideo re
miſſio culpe fit ſine ꝯdictiōe:
vel fit ſimpliciter:q: cōditio
nō exiſtit. Vn̄ ſicut per ſacra
mētū nō remitteretᷣ culpa ni
ſi adeſſet gr̄a:ſic nec poſtea ꝑ
ſatiſfactionē remittitᷣ pena ni
ſi ad ſit gr̄a. ¶ Talis ergo di
miſſa culpa punietᷣ in iferno
pena infinita:nō ꝓpter com
mutationē finite in infinitaꝫ:
ſꝫ q: debitor eſt pene ifinite:
ex quo nō ſoluit penā finitaꝫ
ſub ꝯditione qua debuit. Si
cut perdēs priuilegiuꝫ clerile
incidit de foro miti ad forum
ſanguinis:ſic qui dclinat forꝫ
eccleſie icidēs in mortale:ad
foruꝫ iuſticie exterminātis in
uenit penā eternaꝫ. Hoc qđ
dicit Pe. vr̄ intelligendū de
eo qui penā iniunctā non ha
bentē effectū derelictū factaꝫ
in mortali:ſcito ab eo:vel de
quo dubitatᷣ: cōtēnit iterare.
vel etiaꝫ credit vel dubitat ſe
debere iterare:ex negligentia
dimittit ꝛ ex labore recuſans
hoc: ꝛ in purgatorio faciet
emēdā de eo. ¶ Sed ſiqs di
mittit iterationem talis pn̄ie
ex ipoſſibilitate:q: ei dficit tē
pus:vel credit ſe eaꝫ feciſſe in
ſtatu gr̄e:vel ſi fuerit in mor-
tali in cognito tn̄ ab eo:vel ēt
ſi ſcit ſe eaꝫ feciſſe in mortali:
iterare facit per aliū quē cre-
dit bonū:vel etiā ſi nec per ſe
nec per aliū iterat:credit ſibi
ſufficere ad ſalutē/ꝙ ipleuit ſi
bi iniunctā:intēdēs ꝙ hic mi
nus fecit:ſatiſfacere in purga
torio:ꝛ ſic de eo facere emen
dā per hmōi omiſſionē: talis
nō dānatᷣ. ¶ Vn̄ ꝛ ipſe Pe.
dic. di.xlv.q.ij.ar.ij.ꝯcluſione
iij.ꝙ qui facit pn̄iaꝫ iniunctā
in mortali pro ſe:pro tāto nō
tenetᷣ iterare:q: pōt in purga
torio ſatiſfacere. Et ſi dicatur
ꝙ videtᷣ incōueniens qđ tan
tum qs puniatur pro pctō di
miſſo:ſicut pro nō dimiſſo q:
pena eterna:ꝛ ſic nō videtᷣ in
aliquo pro fuiſſe ꝯtritio ꝛ cō
feſſio. Rn̄det Pe. ꝙ licet tn̄
puniatᷣ extenſiue:nō tn̄ inten
ſiue:ſic pro vno pctō:ita diu

punitur q̄ȝ pro mille:ſed non tam acerbe. ¶ Si etiaȝ partē penitentie fecit.ſ.in ſtatu grē ꝛ vnus dies remāſit:pro illa die:eternā luet penā:ſi nō penitet:tñ nō tā acerbe:ac ſi nūq̄ȝ ꝯtrit⁹ nec ꝯfeſſus eēt:nec i aliquo ſatiſfeciſſet alias pcīm rediret. Hec Pe.d.xv.q.j.

¶ Remediū tutius ſiue ꝯſilium dandū penitenti qualiter perficere debeat penitentiaȝ ſibi iniunctā:ꝛ que penitētia debeat ſibi dari ſecurioꝛ.

Nota tñ ꝙ dū qs facit pniaȝ ſibi iniunctaȝ:ſi labat in moꝛtale q̄ȝuis bonū ſit q̄ȝ citi⁹ ꝯfiteri: tñ cū p ſolā ꝯtritionē pctm̄ dimittat ꝛ grā reſtituat:q̄ȝ cito ipē ꝯteritur:etiā anteq̄ȝ cōfiteat proſequēdo dictā pniaȝ: etiā ſi ſit talis pnia que nō relinquat effectū poſt ſe i foro dei realiter.ſatiſfaciat q2 in ſtatu gratie eſt vñ in nullo tenetur iterare. ¶ Ad tollēdū āt omne dubiū:tutius vr̄ ꝙ ꝯfeſſoꝛ ꝛ ſi dat pnias diutinas: det penitētias vt ieiunioꝝ:elemoſinaꝝ:peregrinationū ꝛ huiuſmodi: ꝑut requirūt peccata nō tñ iniungat diuturnas penitentias oꝛationū:ꝛ precipue his:de quibus poteſt dubitari de recidiuo celeri.

¶ De celatione ꝯfeſſionis:ꝛ de penitentia ſacerdotis confeſſionem reuelantis. §.viij.

Notat Tho.in.iiij.di.xxi.q.iij.ar.pꝛio ꝙ audiēs ꝯfeſſionē: tenet celare audita in ipſa:q2 in ſacramētis:id qđ gerit exteri⁹ eſt ſignū eius qđ gerit interius:vñ ſicut deus homini ꝯfitenti tegit peccatū interi⁹:ita ꝛ ſacerdos dēt celare exteri⁹ vñ tāq̄ȝ violatoꝛ eſt ſacramēti:reuelatoꝛ ꝯfeſſionis. ¶ Eſt ꝛ alia rō:q2.ſ. per hoc hoīes magis trahunt ad ꝯfeſſionē: ꝛ ſimplicius ꝯfitent. Vñ ꝛ ſi ex hoc aliqđ periculū futurū immineret:ꝛ hoc ſoluȝ ſciret per cōfeſſionē:vt de heretico qui coꝛrumpit fideleȝ: vel de matrimonio illicito: qđ aliq volūt ꝯhere:vel de ꝓditione ciuitatis fiēda:nō ꝓpter hoc dēt reuelari ꝯfeſſio ad impediendū malū:vt quidaȝ dixerunt:ſȝ falſuȝ eſt. ¶ Debet autem monere eos qui cōfitent vt obuient vel deſiſtāt: ꝛ plato dicere ꝙ vigilet ſup gregē ſuū ꝛ huiuſmodi.ſine vlla reuelatione. Hec Tho.i.iiij.di.

xxi.q.vbi.ſ.Quid ſi iudex in quireret ab aliq̊:an ſciat aliquid de illa materia per ꝯfeſſionē:vel p aliū moduȝ:dicit Guil.ꝙ ſi nō p̄t alio modo declinare iniquū iudiceȝ:pōt rn̄dere nihil inde ſcio:qđ ſub intelligiť vt hō:vel etiaȝ nihil ſcio per ꝯfeſſionē qꝛ ſubintelligitur tibi reuelandū. Sic exponiť illud Math.xxiiij.c. de die illo ꝛ hora nemo ſcit:nec filius hoīs:ꝛ ſubintelligiť reuelādū nobis. Pōt ꝛ hoc iurare. Homo.n.nō adducitur in teſtimoniuȝ.niſi vt hō. Et ideo abſqȝ leſione ꝯſciētie:p̄t iurare ſe neſcire id qđ ſcit tn̄ vt deꝰ. ¶ Sed neqȝ etiaȝ ſm Pe.de pal.i.iiij.di.xxi.per licentiā vel preceptū cuiuſcūqȝ ſupioris factuȝ etiā pape ſub pena excōicationis:licet reuelare cōfeſſionē:qꝛ ſigillum cōfeſſionis eſt de iure diuino ꝛ de neceſſitate ſacri. ¶ Papa aūt licet aliqn̄ diſpēſet in preceptis diuinis:vt i votis:quorum redditio eſt de iure diuino:nō tn̄ pōt diſpēſare in ſacramētis.ſ.vt qs nō baptizeť vel ꝯfirmeť:vel nō ꝯfiteatur. Et qđ dictū eſt celationē cōfeſſionis eſſe de neceſſitate ſacramenti:nō ſic intelligiť qn ſit verū ſacr̄ni:ēt ſi ipſa cōfeſſio non celareť:qꝛ vtiqȝ eēt ſacramentū ēt ſi ſacerdos reuelaret:qꝛ nec ſic eſt de neceſſitate ꝙ deꝰ tegat:ꝙ ſi nō ſatiſfaciat deꝰ non tegit:ſȝ reuelat ad penā:aut ſi accedat fictus deus nō tegit:ꝛ nihilominus ſacerdos teneť celare. Sȝ dicitur celatio ꝯfeſſionis de neceſſitate ſacri qꝛ natura ſacri neceſſitat eū ad celanduȝ. natura dico ꝛ quantū ad id qđ eſt ſacr̄m:qđ fit in occulto ſolus cū ſolo:ꝛ quātū ad id qđ ſacr̄m ꝛ res.ſcilicet pnia iteri or que ēt eſt occulta ꝛ quātū ad rē tn̄:que eſt remiſſio peccatorꝫ:per que tecta ſunt pctā ¶ No.ſm Pe.de pal.in.iiij.di.xxi.q.iij.qꝛ qđ dic̄.Tho.ꝙ occultatio cōfeſſiōis eſt de eſſentia ſacri:nō ſic ē itelligēdū ꝙ ſit eiꝰ mā vel forma:ſȝ q̄ ē de eſſentia.i.nā eiꝰ obligatio ad occultationeȝ:ſic̄ ſi dicere mꝰ de eēntia mr̄imonij ē reddere đbitū.i.obligatio ad ip̄ȝ. ꝛ de eēntia leuis ferri ſurſuȝ. ¶ Eſt aūt pctm̄ mortale reuelare ꝯfeſſioneȝ:qꝛ eſt ꝯ̄ ius diuinum ꝛ poſitiuum: vnde ꝛ grauiter ponitur ab eccleſia.

¶ Penitentia ꝯfeſſoris confeſſionem reuelantis.

Sacerdos reuelās cōfeſſionē: de iure antiquo dēt deponi ⁊ toto tpe vite ſue ignominioſus peregrinari: de pe. di. vi. c. ſacerdos. Sꝫ ſcdꝫ. c. oīs. de pe. ⁊ re. dbet deponi ⁊ ad agēdā perpetuā pniam in monaſterio arto detrudi. Sꝫ ſꝫ Hoſti. faciet primaꝫ pniam certo tpe: ⁊ exinde aliā. Sꝫ hec penitentia imponēda eſt: qn̄ qs in iudicio ꝯuincit̄ de hoc: vel fatet̄ de iure: nā alias in foro pnie: vr̄ eſſe arbitraria ſicͤ pro alijs peccatis. ¶ Quāuis āt poſſit ꝯfeſſor de licentia penitētis manifeſtare ei⁹ peccatū alteri ſm Tho. ⁊ pe. vbi. ſ. nō tn̄ dꝫ vti licentia tali: niſi ad euitandū aliqd malū. Tenet̄ tn̄ ille cui aliqd reuelat̄ de licentia penitētis: illud celare: niſi forte petōr velit ꝙ ille abſolute ⁊ libere ſciat. Licentia tn̄ quā dat penitens ꝯfeſſori de reuelatione pcti q̄ſtūcūqꝫ generalis: nō itelligit̄ niſi ad bonū cōfitentis ſm Pe. de pal. ¶ Sed nota ſm eūdē: ꝙ ſi iudex diceret alicui capto pro maleficio: da licentiā cōfeſſori ꝙ dicat: ſi tu es confeſſus de hoc vel de illo: nō tenet̄ dare: nec ex hoc ꝯtra euꝫ dēt haberi ſuſpitio de dlicto: qꝛ forte hoc facit ꝑpter vitandū ſcādalū. ¶ Sed ⁊ ſi daret licentiā: ſic licētiatus nō dēt dicere peccatuꝫ illud ſi eſt cōmiſſuꝫ. ¶ Itē ſi ꝓciperet prelat⁹ alicui cōfeſſori ꝙ diceret ſibi peccatū alicui⁹ qd̄ eſt omnino occultū: etiaꝫ ſi cōfeſſus dediſſet licētiā illi ꝙ diceret: nō tenet̄ dicere neqꝫ obedire vt reuelet illud: qꝛ ꝑlatus nō ē iudex occultoꝝ: imo etiā ſi ꝯfeſſus eēt diffamat⁹ de illo petō: ⁊ per infamiā ꝑueniret illud ad cognitioneꝫ iudicis: q̄uis ipſe ꝯfeſſus iterrogat⁹ a iudice ſiue ꝑlato tenetur ſe manifeſtare: tn̄ ꝯfeſſor ei⁹ ēt habita licētia ab eo dicendi: non tenet̄ dicē iudici ſibi precipiēti vt dicat ſi ſcit: nec debet dicere: qꝛ fori nō ſunt cōmiſcendi. ſ. penitētialis ⁊ ꝯtētioſus. Sed ſi ꝯfeſſor ſcit peccatū alicui⁹ nō ſolū ꝑ ꝯfeſſionē ſed etiā per aliū modū. puta qꝛ vidit vel audiuit: per talem ⁊ talem moduꝫ: pōt dicē ꝙ illud vidit vel audiuit: dū modo nō dicat ſe ſcire illud

per confeſſionez. Nec refert vtrũ prius per ↄfeſſionez au diuerit: ⁊ poſtea per aliũz mo dum ſciuerit: ⁊ ecõuerſo. In quo caſu.ſ.ſi pri⁹ ſciuit pecca tum ante ↄfeſſionẽ: nõ opʒ ꝙ proteſteẜ ſe nõ recipe illud in cõfeſſione: q: ſine ꝓteſtatiõe põt dicere inquãtũ ſcit ex cõ feſſionẽ: nec tñ debet hoc di cere ſine magna cã ⁊ rõnabi li. ¶ Itẽ ẜm eundẽ Pe. cum confeſſio nõ auferat cõfeſſori ius ſuũz: nec ↄferat ei ius no uum in alio foro: quicqd vide tur cõfeſſori faciẽdũ vel omit tendũ pro bono ipſius ↄfiten tis: vel pro bono cõi: põt face re vel omittere: dũmodo pro pter hoc nõ reueleẜ confeſſio ad qđ ſolũ obligaẜ: licet alias illud nõ eſſet facturus. Vñ ſi per ↄfeſſionẽ prioris vel alte rius: ſcit abbas ꝙ nõ expedit priori tenere mõaſteriũ: ⁊ ſit talis qui alias ad libitũz põt amoueri: expectet quouſqʒ ſi ne nota reuelatiõis poſſit euz amouere: ⁊ tũc ſtatiʒ amoue at. Cũ.n. ex audiẽtia ↄfeſſiõis nõ obligeẜ ad aliqđ niſi ad ce landũ: ⁊ ſi obligareẜ ad aliqd hoc eſſet ad medendũ aie pe nitentis: ſicut medicus: abſqʒ tamẽ reuelatione ↄfeſſionis: ex quo aliquẽ i cura ſuſcipit: teneẜ ſibi dare remediũ ↄtra recidiuũ. ⁊ ſic in ꝓpoſito: q̃z ci to poteſt amouere: amoueat: quẽ ẽt ſine hoc amouere po- terat. Si ãt talis erat. qui nõ ſine iuſta cã amoueri pote- rat: cum audiẽtia cõfeſſionis nullũ ius ſibi prebeat in alio foro in quo nõ conſtat ſibi vt iudici: amoueri nõ põt. Idez Tho. ¶ Itẽ q: prelatus licen tiã intrãdi ciuitatẽ ſiue vilaʒ ſubdito dare põt ad libitũ vẜ negare: licet alias nõ eſſet ne gaturuſ: ꝑꝑ periculũ quod ex ſola cõfeſſione nouit: negare põt: duʒ tñ ex hoc ſuſpitio nõ oriaẜ. In occulto tamẽ: ſemꝑ monere põt illũ qui cõfeſſus eſt: q: hoc nõ eſt reuelare con feſſionem. ¶ Similiter cura tus ꝑꝑ cõfeſſionez nõ põt ne gare cõionẽ cõfeſſo qñ eam dare alias teneẜ: vt in paſcha te: alias ſic dicẽs. Tibi nõ te neo: nũc dare ⁊ nõ obijciẽs de crimine confeſſo: non pro pter h̄ diciẜ reuelare cõfeſſio nem. ¶ Sed ſi alicui conque rẽti cõtra ſuũ parrochialẽ ſa cerdotez: q: nõ vult ſibi dare eucbariſtiã: ipſe ſacerdos co

raz alijs diceret ꝙ hoc facit: q꞉ hēt peccatuz a quo nō pōt abſoluere:⁊ ipſe non vult ire ad epm̄:hoc eſſet reuelare cō feſſionē:q̄zuis ipſe nō intēde ret hoc:q꞉ grauitatē pcti exp̄ſ ſit. Hec Pet.d.xxi.q.iij.ar.j. Et idē eſt cū dicit ſe audiuiſ ſe quēdā nominādo eū:⁊ nō abſoluiſſe.¶Similr̄ de epo qui per ↄfeſſionē nouit corru ptionē monialis:que petit be nedictionez:q꞉ aut ē caſus in quo tenetur:⁊ tūc negare nō debet:q꞉ ſi per ↄfeſſionē eiuſ dem ſibi ↄſtat tñ ſibi nō con ſtat vt iudici in illo foro:in q̄ ſicut ab ordinario:mōaſteriū petit monialib⁹ bñdictionē:⁊ qualibet pro ſe ipſa.Si autez hoc ſcit per cōfeſſionē ei⁹ qui vidit:vel qui eaz corrupit: nō ſufficienter ↄſtat:ēt ſi ex̄ ↄfeſ ſionem dicat:vñ negare non debet. Si aūt aliter ſcit:nō te neť benedictionē impartiri:⁊ p̄t ſine reuelatione ↄfeſſiōis negare. Pōt ↄfitenti negare ſicut nō ↄfitenti.¶Et qđ di ctū eſt de bñdictione monia liuz.ſ.virginū:idē eſt de bene dictione abbatiſſaꝝ:vbi virgi nes cōiter benedicuntur: ſm̄ quoſdā qui dicūt ꝙ licet ali- qua poſſit eē abbatiſſa vidua ſicͤ Paula mater Euſtachi. Tamen abſurdū eis videtur ꝙ monialib⁹bñdictis pōt ab batiſſa preeſſe carēs illa bñdi ctione:ſicͤ ēt ſm iura: ꝓfeſſis nō debet nouitia p̄ferri in ab batiſſam:imo nec ꝓfeſſa taci te nō exp̄ſſe.de ele.c.indēnita tibus.in pri.li.vj.Quia tamē qđ nō eſt ꝓhibitum:ↄceſſum eſt:ideo videť ꝙ bñdictio ab- batiſſaruz quarūcūqz:non re quirat virginitatem magiſq̄z abbatū:cū nō ſit ita iure cau tuz ſicut de bñdictione virgi nū. Petrus de pal.d.xxi. Si militer:q꞉ hō hēt liberam ele ctionem:licet per ſolā ↄfeſſio nez ſciat aliquē indignuz ad prelationē ad quā eligiť: quē alias putabat dignuz:nō de bet eligere ex ↄſciētia ſibi ſic dictante:q꞉ eligēdo ſciēter di gnū vel indignū:negociuz ge ritur inter ip̄m ⁊ deū. Vnde poteſt etiaz ex his que ſcit vt deus iudicare:ita ⁊ in ꝓpoſi to. Sed hoc bñ putarē:ꝙ nō patereť penas iuris : puta ꝙ eſſet priuat⁹iure eligendi :⁊ a fructibus per trienniū ſuſpen ſus:qui eligeret illū quē ſcit: vt de⁹indignū:ſꝫ neſcit vt ho

mo:qꝛ de his que ſcit homo vt deus:ſolum deũ hẽt vltorem:nõ hoiem:ꝛ huiuſmodi Pe. Quãuis aũt dimidiando ꝯfeſſionem nõ ſit ibi ſacramentum:tenetur tñ ſacerdos celare:qꝛ pars eſt ſacramenti. Pe.

¶Qui teneãtur ad ſigillum ꝯfeſſionis.§. viij.

d Jcit Pe.de pal.diſ. xxi.q.vbi ſupꝛa: ꝙ ad celandum ꝯfeſſionez tenetur is ad quẽ ꝯfeſſio peruenit licite vel illicite mediate: vel imediate. Vñ ꝛ non ſacerdos qui in caſu neceſſitatis audit ꝯfeſſionẽ: de moꝛtalibꝰ ꝛ venialibus. Jtẽ interpꝛes:quem pꝛo ſe penitẽs adhibet. Jtẽ qui caſu audit. Jtẽ cui de licẽtia ꝯfitentis reuelatur. Jtem qui ſe confeſſoꝛẽ fingit. Jtem qui latẽter abſcõditus ꝯfeſſiones audit:qđ eſt ſacrilegiũ:ꝛ iniuriã facit ſacramẽto. Jtẽ confeſſoꝛ anteꝗ̃ abſoluat:ꝛ etiã qñ nõ abſoluit tenet celare. Jtẽ nota ꝙ cũ quis recipit aliqd ſub ſigillo ꝯfeſſionis:ꝗ̃uis ei nõ fuerit cõfeſſus dicẽs illud tñ dꝫ ita ſecretũ tenere: ac ſi hẽret in ꝯfeſſione:nõ quidez ratione ſacramẽti qđ ibi nõ eſt:ſed ratione pꝛomiſſi.ſi ꝓmiſit illud ſic celare. Hec ſm Tho.d.xxi.q.iij.ar.pꝛio.ꝛ Pe.de pal. Dicũt tñ Tho. ꝛ Pe.ꝙ homo nõ debet aliquid de facili recipere in confeſſione. Addit quoqꝫ Pe.d pal.ꝙ qui tradit vł accipit in confeſſione aliqd qđ non eſt cõfeſſio:videtur facere irreuerentiam ſacramẽto:cũ nil ſit eque celandũ eo ꝙ ſcitur in confeſſione. Similiter cum quis accipit ab aliquo ꝯſiliũ recomendans vt illud teneat ſecretũ:tenetur ad celandũ:ꝛ frãgens quodlibet iſtoꝛum ſigilloꝛum ſiue ſecreti ſiue confeſſionis:peccat moꝛtaliter.

¶Ea tamẽ que quis recipit ſub ſigillo confeſſionis ꝛ nõ in confeſſione:nõ plus obligãt ꝗ̃ ſi quis iurat tenere ſecretum aliquid. ¶ Vnde cuꝫ aliquis quando iurat celare aliquod malum:quod manifeſtando (cum alias non poſſit impediri) illud malũ aufertur: vt ꝓditio aliqua ꝛ hmõi: tenetur manifeſtare non obſtante iuramento.xxij.q.iiij.c. Jnter cetera. Jta ꝛ quod accipit ſub ſigillo confeſſionis ꝛ non in confeſſione.

¶Ad que ſe extendat ſigillū confeſſionis.§.ſi.

Dicit Tho.in.iiij.diſ. xxi.q.iij.ꝙ directe nō ſe extēdit niſi ad illa que cadūt ſub sacrali ꝯfeſſione. Indirecte aūt.non ſolum ſe extendit ad ea que audiuit ſub cōfeſſione vt ptā:ſed oia alia per q̄ poſſit peccator vel peccatū deꝑhendi:vt ſi dicceret ꝙ nō abſolui eū:vel talis (cuius ipedimentū cognouit per ꝯfeſſionē ſoluꝫ)nō eſt tali vxor. Nihilominus alia etiā que in ꝯfeſſione dicūtur non pertinētia ad ꝯfeſſionē:ſummopere ſunt celanda:tuꝫ pp ſcandalū:tum ꝑpter pronitateꝫ que ex ꝯſuetudine ſeqtur. ad dicēduꝫ audita in cōfeſſione. Tho.vbi.ſ.¶Pe.de pal. melius ꝑſeqtur iſtā materiā dicēs:ꝙ directe ⁊ principaliter ptā ꝯfeſſa ⁊ circūſtantie inquātū huiuſmodi:vñ ⁊ pſona tertia cū qua qs cōfitetur ſe peccaſſe:cadit ſub ſigillo cōfeſſionis:licet quidaꝫ hoc negēt de pſona cū qua quis ꝯfitetur ſe peccaſſe:qḋ tñ ipſe reprobat. Et qñ per locutioneꝫ de peccatis ꝯfeſſis pōt deuenire per ſe:vel per accñs:directe vel indirecte:vel per quēcunqꝫ aliuꝫ modū in aliquaꝫ cognitionē:vel dubitationeꝫ: vel opinationē:vel ſuſpitionē de confeſſo:vel inquantū per hoc pōt ei euenire detrimentuꝫ.in anima:ſiue in corpore: ſiue in fama:poſſeſſionibꝰ: vl amicis:vel pōt ꝑpter hoc:ſcādaluꝫ in populo generari:vel ꝯfeſſio magis odioſa vel minus dilecta:vel magis onerosa:vel minus ꝑcioſa reputari dꝫ cōfeſſor ab huiuſmodi locutionibꝰ abſtinere. Et qꝛ raro vel nunq̄ꝫ pōt cōtingē :qn ex reuelatione ptōꝝ in ꝯfeſſione ſcitoꝝ:⁊ nō per aliā viam poſſit ſequi aliqḋ de ꝑdictis in cōuenientibꝰ q̄ꝫuis forte qñqꝫ nullū cōtingat:debet multū cauere ꝙ nō dicat peccata audita in ꝯfeſſione: quātūcūq̄ꝫ generaliter loquat: vl quō dicat. Hec Pe.d.xxi.q.iij.¶ Et magiſter Vmbertꝰ dicit ꝙ cauenduꝫ eſt:ne vnq̄ꝫ dicat qs:in ꝑmone vl alia locutione:ego audiui hūc caſuꝫ in ꝯfeſſione:nec vnq̄ꝫ etiā debet dicē:ꝙ in illa abbatia: vl caſtro:vel vila:vel ciuitate in quibꝰ audiui ꝯfeſſiones: fiūt multa ptā ⁊ huiuſmodi : qa

ꝓpter hoc credūt ſimplices
ꝙ hoc ſit reuelare ↄfeſſioneꝫ:
q̄uis non reueleť ꝑ talia ver
ba ſꝫ Pe. niſi ex huiuſmodi
locutiōe poſſet peccatū alicu
ius deꝓhēdi. ¶ Dicēdo aūt:
iſte eſt mihi ↄfeſſus ſua pctā
nō eſt reuelare: qꝛ nihil ponit
in palaꝫ: qꝛ ſi dixerim⁹: qꝛ pec
catuꝫ nō habemus ⁊c. ſꝫ dicē
do ſibi fuiſſe ↄfeſſum de ma
gnis ⁊ multis pctis: hoc ē re
uelare cōfeſſionem ſm Pe.
¶ Bona aūt alicuius opera
que qs ſcit ex ↄfeſſione: puta
qꝛ eſt virgo: vel qꝛ nūquā pec
cauit mortalit ⁊ huiuſmodi:
licet dicē: niſi qꝛ ex hoc ꝙ vn⁹
laudať de huiuſmodi: q̄ſi alte
rius peccatuꝫ reueleť: cū non
laudať de eodeꝫ: qꝛ ꝙ de vno
vel q2 nimis inordinate labo
rauit:vel ꝓpter inordinatas
laſciuias nō eſſet abſq; pctō
mortali.¶ Idē in viro vl̄ alio
percutiente ea; vū hoc ſequi
tur.Secus vero ſi nō eſſet in
cauſa.¶ Siqs ēt nō occidit.
tū mutilat aliqđ mēbru;:vel
reddit inutile alteri ex ordinē
iuris:vel vulnerat : vel alias
percutit aliquē ex iniuria:pec
cat mortaliter.¶ Idē ſi iniu-
ſte icarcerat:vel tenet per vio
lentiā:ne liber poſſit abire.ni
ſi faceret per punctū tpis ad
impediendū malu; ei⁹.¶ Si
clericu; ēt habentē tantū pri
mam tonſurā:eſt excōicatus.
¶ Siquis verbo vel manda
to.ſ.mādando:pſuadendo:cō
ſulendo:ratificādo vel incitā
do:cooperat̄ aliqđ predictoꝝ
vel mortē:vel corporalem le-

ſionem:peccat mortaliter.eti am ſi nõ ſequat̃ effectus.Sʒ ſi ſequitur effect⁹ grauius eſt ⁊ ſi pcuſſus vel incarceratus ⁊ hmõi eſſet clericus vel reli gioſus:in quolibet predictoꝝ caſuũ pcutiens:vel includẽs: eſt excõicatus:niſi eſſet plat⁹ eius:qui hoc faceret cã corre ctionis.¶ Et vbi in pdictis.ſ. mandato:cõſilio:coopatione vel facto: ſi eſſet enormis iiu ria facta clerico vel religioſo: nõ põt abſolui citra ſedẽ apo ſtolicã:vel legatũ vel ſummũ penitentiariũ.Secus vero ſi nõ eẽt enormis iiuria.¶ De huiuſmodi mã habes diffuſe in tertia parte ſum.ti.xxv.c.j. ¶ Enormis iniuria dicit̃ qñ ad mutilationẽ mẽbri:ſeu ef fuſionẽʒ ſanguinis magnã.ſ. per vulnus illatũ:pceſſuʒ fue rit.Aut ſi in epm:vl' in abba tem ppriuʒ manus violenta iniecta ſit vt.c.cũ illorũ.extra de ſen.excõ.Aut.n.dicit̃ enor mis arbitrio boni viri ex cir cunſtantiis locoꝝ:tẽpoꝝ: per ſonaꝝ: vt iſti.de iure natura li.§.atror.Vel ſi eſt facta re ligioſo:qꝛ nõ abſoluitur talis citra ſedem apoſtolicã vel le gatuʒ eius:vel ei⁹ ſummũ pe nitentiariuʒ:ſecus vero eſt ſi nõ eſſet enormis.¶ Siqs in terfecerit vel mãdauerit : vel fecerit interfici aliquem chri ſtianuʒ per aſſaſſinos:etiã ſi non ſequatur effectus:eſt ex cõmunicatus ⁊ depoſit⁹ om ni gradu : ordine ⁊ dignitate ſeculari:vel eccleſiaſtica. Si militer receptor ⁊ dfenſor hu iuſmodi aſſaſſinoꝝ.c.pro hu mani:de homi.li.vi. ¶ Dicũ tur aſſaſſini quidaʒ heretici: vide de hoc in.iij.parte ſum. ti.xxv.cap.xxxvj.¶ Siqs de ſiderat mortem alteri⁹ delibe rata ratione.in malũ alteri⁹: ſiue ex odio ſiue inuidia ſiue ex auaricia.vt habeat ei⁹ bo na:vel ex luxuria:vt aliã acci piat.vl' ex ſuperbia:vt in pla tione ſuccedat:vel ex accidia: ne habeat cãm ſiue laborem gubernãdi eũ:vl'vt ſit magis liber:⁊ nõ habeat corripiẽteʒ in quolibet hoꝝ eſt mortale. Secus ãt ſi hoc deſiderat ne ipſemet vl' ille deũ ãpli⁹ offen deret:vl' ne peior efficeret̃ aut ne bonis pſonis vel eccleſie dei noceat.ſicut tyrãni.¶ Si vero qs ex ĩpatiẽtia ⁊ ira per cutit ſeipſuʒ iniurioſe: peccat mortaliter:⁊ ſi clericus ſit:eſt

excõmunicatus. Secus ſi ex zelo deuotionis ad reprimẽdam carnem vel tẽtationes: Nõ tñ licet abſcindere aliqđ membrũ: alias peccaret mortaliter ꝛ efficeret irregularis: ꝛ ſi eẽt clericus eſſet excõicatus. ¶ Si occidiſſet vel vulnerasſet aliquẽ in loco ſacro: eẽt ſacrilegiũ ꝛ eccleſia violata. ¶ Si per violẽtiã: etiã ſi ſit officialis eduxerit malefactorem vel debitorẽ de loco ſacro: vel fecerit capi eũ: peccauit mortaliter. ¶ Si fecit vel fieri fecit torneamẽtũ: vel aliud ſpectaculũ vbi ſit periculũ vite: mortale peccatũ eſt.

¶ Sextũ preceptũ de luxuria actuali ꝛ ſpecieb⁹ ei⁹. c. vnicũ.

Non mechaberi. ¶ Luxuria actualis que cõmittiẽ extra matrimoniũ: ſemp eſt mortale peccatum in oib⁹ ſpẽbus ſuis: que oẽs hic ponũtur: qꝛ diſtincte oportet eas ꝯfiteri: vel iterrogare ꝯfitentes ſi a ſeipſis nõ dicũt. ¶ Nullo tñ mõ neceſſe eſt iterrogare de his oib⁹: niſi neceſſitas cogat: ne quis adiſcat qđ neſcit: ſed put conuenit perſonis que ꝯfitentur Et cũ habeẽ vltima ſpecies: non eſt vltra deſcendendum ad alias particulares circunſtãtias nõ neceſſarias: ꝛ cauto ꝛ honeſto modo iterrogãdũ eſt. ¶ Si cognouit ſolut⁹ ſolutã que diciẽ fornicatio: ꝛ ſi eſt meretrix: vel ſua ſua vel alterius: vel vidua: ꝛ ẽt ſi tales induxit ad peccatũ. ¶ Si tenuit ꝯcubinã ꝛ quanto tpe qꝛ vltra fornicationẽ: eſt ibi ſcandalum pximoꝝ qꝛ publicum: licet ſit fornicatio. ¶ Si virginẽ defloranit ex matrimoniũ: qđ dicitur ſtuprũ. ꝛ ſi ſeduxit eã pmittendo ducere in vxorẽ: cogẽdus eſt in foro ꝯſcientie. vel ducere eã in vxorem ſibi: vel eã dotare ſi põt: ꝛ iniuriatus eſt parẽtib⁹ eiuſdẽ: ſi hoc neſcierũt. ¶ Si ipſe ſolutus cognouit vxorẽ alterius: vel ipſe vxoratus cognouit ſolutã. qđ dẽ adulterium: ꝛ eſt duplex qñ vterqꝫ eſt ꝯiugatus. ¶ Si itulit violentiam alicui qđ dẽ raptus: ꝛ ſi ꝯtra voluntatẽ parentũ: grauius eſt. ¶ Si itulit violẽtiã nupte vel virgini vl' moniali grauiſſimũ eſt. ¶ Si cognouit ꝯſanguineã ſuã: vel ꝯſanguineam vxoris ſue vſqꝫ ad quartũ gradũ ꝯſanguinita-

tis vel affinitatis.ꝛ dicitur in
ceſtꝰ.¶ Idez de muliere:que
permittit ſe cognoſci a cōſan
guineo viri ſui.¶ Si cū mo-
niali ſcelus eſt opatus:vel cū
habēte ꝓfeſſionem caſtitatis
ꝛ dicit̃ ſacrilegiū. ¶ Idem ſi
mulier cuz clerico : religioſo:
prelato ordiato : ꝛ huiuſmōi.
¶ Si cognouit cōmatrez vel
quā tenuit ad baptiſmū filiā
ſpiritualē vl̃ chriſma:vel quā
audiuit in ꝯfeſſione:ꝛ dr̃ ice-
ſtus vel ſacrilegiuz.Idem de
muliere que cū cōpatre ſe mi
ſcuit voluntarie. ¶ Si per ſe
metipſum vigilans ꝛ volūta
rius ſe polluit:ꝛ dr̃ molicies.
ſiue manibꝰ ꝓprijs vel alijs
modis.De modo nō eſt iter
roganduz. ¶ Si cum maſcu
lis opatus eſt turpitudinē:vl̃
femina cū femina:vel vir cuz
muliere extra vas debitum:ꝛ
dr̃ vitium ſodomiticum . Si
cū brutis operatꝰ eſt nephas:
ꝛ cū quibꝰ:ꝛ dr̃ vitium beſtia
litatis.¶ Si diebꝰ feſtiuis ali
quod hoꝝ opatus eſt qꝛ gra-
uius eſt.Scōm aliquos vero
neceſſe eſt ꝯfiteri hmōi circū
ſtantiā:qꝛ mutat ſpeciē pecca
ti.¶ Si in eccleſia vel in loco
ſacro aliqḋ predictoꝝ cōmi-
ſit qḋ dr̃ ſacrilegiū:ꝛ per hoc
violat̃ eccl'ia:ꝛ ſi iſtud eēt ma
nifeſtū eſſet recōcilianda ec-
cleſia. ¶ De peccatis vero q̄
cōmittunt̃ in cōiugio.ſ.tacti-
bꝰ ꝛ actibꝰ inhoneſtis ꝛ oſcu-
lis ac verbis ꝛ hmōi dicetur
īfra in.c.de luxuria.¶ Nō.tñ
ꝙ de iure cōi pctā luxurie nō
ſunt reſ̃uata epīs:nec pro ali
quo illoꝝ ē lata ſnīa excōica-
tionis a iure:ſed cōiter per ſi
nodales ꝯſtitutiōes epoꝝ:ali
quos ex dictis caſibꝰ ſibi ma
gis reſeruāt:vt inceſtū:ſacri-
legiū ſcilicet cuz monialibus
Aliqui vero epī:viciū beſtia-
litatis.Alij etiā:vitiū ſodomi
ticuz:ꝛ quedā alia in quibꝰ eſt
lata ſnīa excōicationis per ſy
nodales ꝯſtitutōes . Et ideo
quere in diocesibus in quibꝰ
audis confeſſiones.

¶ Septimū p̄ceptū de furto
nō faciēdo:ꝛ ḋ vſura q̄ diuer
ſis modis fit:ꝛ hz.c.viij.c.j.

Furtū nō facies.De
vſurpatiōe rei aliene
que in hoc p̄cepto ꝓ
hibet̃.Nota ꝙ in oībus īfra
ſcriptis ſpēbꝰ eſt mortale pec
catū:ꝛ tenet̃ ad reſtitutionem
ei a quo res capta eſt. Qḋ ſi
ille ignorat̃ vel nō iuenit̃:pau

peribus erogāda eſt:ꝛ nō ſo
lū qui accipit.ſed ēt heres ei⁹
ſi tū de bonis ei⁹ad eū perue
nit.ca. michael ex̄ de vſuris.
¶Circa vſurā quere ꝑmo: ſi
mutuauit pecuniā numeratā
vel aliqd eoꝝ q̄ vſu cōſumun
tur:vt frumētū:vinū ꝛ oleū ꝛ
hmōi:itētiōe aliqd recipiēdi
vltra ſuū capitale:ꝛ iſtud pluſ
qđ accepit tenetur reſtituere.
¶Si mutuauit ſup pign⁹ rei
mobilis puta veſtis:eq ꝛ hu-
iuſmōi:vel immobilis:vt do
mus:agri ꝛ hmōi:ꝛ iterim ac
cipit vſu fructū pignoris. duꝫ
alius tenuit pecuniā ſuā:vſu-
ra eſt. ¶Excipit̄ tū caſus qū
gener accepit poſſeſſionē i pi
gn⁹a ſocero ſuo quouſqꝫ dat
ſibi dotē:ꝛ ſuſtinet onera ma
trimonij nutriēdo vxorē ſuaꝫ.
extra de vſuris.c.ſalubriter.
¶Si poſuit pecuniaꝫ penes
mercatorē vel artificē:cū itē-
tione aliquid percipiēdi vtili
tatis.licet non fiat pactuꝫ de
hoc:ſed ponit i diſcretiōe ei⁹
volēs in oī caſu capitale ſuuꝫ
ſaluū:vſura eſt ſed ſi vult ita
participare de damno ſicut
de lucro:tunc licet etiam cuꝫ
pacto:ꝛ in hoc ſolent etiā of-
fendere mulieres de dotib⁹
ſuis:ꝛ dicuntur vulgariter de
poſita.ſed vſura ē ca.plerīqꝫ
xiiij.q.iij.in tex.ꝛ glo.

¶De ſoccedis animalium.

¶Si in ſoccedis animalium
pecorum:bonum ꝛ huiuſmo
di ita paciſcitur vt capitale ſit
ſaluum.eſt vſura : ſed ſi non
eſt ſaluum:ſed nimis graua-
tur vna pars:nō eſt vſura:ſꝫ
iniuſticia. ¶Si in emptione
fructuū terre vel aliarū rerū
ex eo ꝙ ante ꝑ aliquos men-
ſes q̄ꝫ recipet fructus:vel ali
as res ſoluit preciū:ꝛ ꝑꝑ hoc
emit minus iuſto ꝑcio : vt ſi
valebat decē emit pro noueꝫ
vſura eſt. Sec⁹ ſi faceret hoc:
q: veriſimiliter pōt etiam mi
nus valere.q̄ꝫ illud quod ſol
uit videlicet octo.

¶De vēditione ad terminū.

¶Si vendidit ad credentiā
ſeu terminum pannos lane-
os:lineos: de ſerico : vel alia
quecunqꝫ : maiori precio q̄ꝫ
ad contantos:quia ſi vendi-
dit ſic plus iuſto precio rōne
dilationis:vſura eſt. Si vero
non vendidit plus iuſto pre-
cio:ſed non vult facere ita bo
num forum ei ſicut illi qui dat
pecuniam numeratam ſibi:
nō eſt vſura Tho.in opuſcu-

lo.lxxvij. ⁊ extra de vſuris. c. nauiganti ⁊.c. in ciuitate tua.
¶De cambijs.
¶Si fecit cambia ⁊ ſi minu ta: puta de vno floreno aureo ad monetaz: vel ecōuerſo accipiendo aliquid ſm commu nem curſuz: non eſt illicituz. ¶Si fec cābia realia p lr̄as de loco ad locū ⁊ nō ficta: eſt licitū. moderatū lucrū. ¶Si fecit cābia q̄ vulgariter dr̄ ficta: per venetos a libre de groſſi vſura ē: q2 realiter ibi ē mutuuz ⁊ ſub ſpe lucri. Hec frequētant florētie. ¶Si tutor vel curator pupillorum: vel procurator ⁊ factor cuiuſcūq3: pecuniā pupillorum vel patronorum dedit ad vſurā i vtilitatē illorū. vltra pctm̄ mortale cōmiſ ſum i caſu quo illi nolint vel nequeāt reſtituer: q2 illi q ha buerūt vtilitatez principaliter tenent: ſ3 nō reſtituētib9 illis: tenet procurator: tutor. ⁊ curator ⁊ hmōi. ¶Si quis emit agrum vel domū multo ma iori precio q̄3 valeat. intendēs q2 venditor reemat ab eo de ducens hoc in pactum ⁊ ipſe interim fructus recipiat: vſura paliata eſt.
¶De mutuantibus ſub ſpe.
¶Si quis propter pecuniaz mutuatam aliquando petit: vel ſperat principaliter habere ab eo aliqđ obſequ3 vl' vtilitatē: q̄ precio poſſit eſtimari: vt opa laboratorum. vl' bouū ad collēdū terras: vel mutuationē iumētorum: vel aliqđ donuz vel vt procuret ei officiū: vl' bn̄ficiū eccleſiaſticū vl' ſeculare: vl' q2 det ſibi pp hoc plus de fructib9 terre eius quā colit: vſura ē. Et qn̄ pp hoc nō ab eo cui mutuauit: ſ3 ab alio vt a dn̄o vel a cōitate recepit vtilitatez exinde debet illud pauperibus erogare.
¶De accipiētibus ad vſurā
¶Siquis accipit mutuo ad vſuram non ad prouidendū ſue neceſſitati: ſed vt det ipſe ad vſuram: vel ludat: vel alias male vtatur: peccat mortaliter. hec vide in. ij. parte ſumme ti.i.c. viiij. §. vltimo. Idem ſi eum inducit: qui alias nō erat feneraturus. Pe: de pal.
¶De facientib9 ſtatuta in fauorem vſurariorum.
¶Si fieret ſtatutum in aliqua ciuitate vel caſtro vel loco q2 vſure ſoluātur: vel q2 ſolute non poſſint repeti: aut re

petite non debeãt reſtitui: ex cõicati ſunt qui faciunt huiuſ modi ſtatuta ⁊ qui iudicãt ſe cundum ipſa. Unde illi qui faciunt capitula cum iudeis. vt domini ⁊ cõitates continẽ tia ꝙ poſſint ſcenerari: vel ꝙ non poſſint repeti in iudicio vſure extorte ab eis ⁊ huiuſ modi videntur incidere i hãc excommunicationem: domi ni vero qui hoc faciunt ⁊ ci ues qui hoc conſulunt extra de vſuris in cle.c.ex graui.

¶Capitulum.ij.

dE emptione vero de nariorꝝ mõtꝭ vt florẽ tie: vel ipreſtitorũ vt Venetijs: vel locorꝝ: vt ianue q꞉ aliq ponũt ꝯtractũ eẽ vſu rariũ: alij vero nõ.ſ.ꝯriũ tenẽ tes iõ nemini cõſulas vt faci at cõtractũ: factũ vero ſi po tes iducere vt poſt mortẽ ip ſius vel vnius alterius finiat vel ſatiſfaciat cõitati: vel det paupib⁹.bonũ erit. Si vero nõ vult adherẽs opinioni cõ trarie: nõ facile cõdemnes: q꞉ in huiuſmodi ſcðꝫ doctores. non eſt precipitanda ſenten tia. ¶De his ⁊ alijs ſupradi ctis hẽs in ſcða pte ſumme. ti.j.c.xj.de vſuris.

¶De fraudulentia que mul tis modis cõmittit.c.iij.

dE fraudulẽtia q̃ fit: vl i rei ſuba.vẽdẽdo vnã rẽ pro alia vt vinũ li phatũ pro puro: carnes pecu dinas ꝑ caſtratis: cera ⁊ aro mata cũ alijs mixturis vel in q̃ntitate.dãdo mẽſuras ⁊ põ dera diminuta: puta vnciaſ no uẽ ꝓ libra: vel i q̃litate: vt reꝫ prauã pro bona: vt pãnũ: fer rũ.corũ: aromata: aialia dſe ctuoſa: fruct⁹ ⁊ hmõi: ⁊ i his ſi notabilꝛ dãnificauit proxi mũ.peccauit mortaliter ⁊ te neť ad reſtitutioneꝫ. ¶Si pa rũ nec plus intendẽs: veniali ter: ⁊ pauperib⁹ erogeť. ¶Si vẽdidit rẽ aliquã multo ma iori ꝑcio q̃ꝫ valebat ſcðm cõ munem eſtimationẽ illi⁹ tpis aduertẽter.peccauit mortali ter: ⁊ teneť ad reſtitutioneꝫ: ſi ꝓxim⁹ notabiliter lediť.ſecus ſi parũ. ¶Idẽ ſi emit minori ꝑcio q̃ꝫ valeat ex ignorãtia vẽ ditoriſ. ¶Si fraudauit iuſtaſ gabellas ⁊ pedagia.teneť cõi tati reſtituere: ſi multũ vel ẽt parũ ſed tñ itendes multum mortale eſt ð hac materia vi de in.ij.pte.ſumme.ti.j.c.xiij. §.vi.⁊.vij. ¶Dñi qui grauãt

ſubditos in collectis iniuſtis teneť ad reſtitutionē: ꝛ qui diſtribuūt ꝑſtantias ſciēter grauātes aliquē vltra debitū: tenetur pro dānis. Et de hoc hēs in tertia parte.ti.iij.c.iiij.

❡De falſificatione.c.iiij.

ſ Iqs falſificauit aliqđ iſtrumētū: vel falſo ſciēter vtitur: vltra mortale teneť ad omne dānuꝫ qđ inde ſeqtur. ❡Si quis falſificauit litteras papales: vel falſificatis ſciēter vtitur: eſt excōicatus: cuiꝰ abſolutio pape reſeruať. ❡Si qs ex falſa cā ſuggeſta qua exꝑſſa nō obtinuiſſet beneficiū qđ recepit: licet nō ſit excōicatꝰ: tñ teneť ad reſtitutionē eiꝰ qđ ſic recepit ſeu ad rnūciatiōeꝫ bñficij vł reſignationē ꝛ hmōi. ❡Siqs falſificauit monetas vltra peccatū.teneť ad reſtitutionē. Idē ſi falſis ſciēter vtitur ꝛ ēt ipe q hmōi fuit deceptꝰ. ❡Siqs falſat menſuras vł pōdera ciuitatis vel cōitatis: vel falſis ſciēter vtiť: vltra mortale teneť ad reſtitutionē ꝛ omniū dānoꝝ inde ſeqntiū. ❡Siqs falſat litteras platorū vel ſigilla vel alioꝝ: vltra: mortale tenetur ad ſatiſfactōnē omniū dānoꝝ inde ſequētium. Idē de falſificāte libros vł alias ſcripturaſ i dānū aliorū. ❡Et nō.q ꝯ falſificātes iſtrumēta vel lřas vł alia i aliqbꝰ locis lata eſt ſnia excōicatiōis.ꝑ ꝯſtitutiōes ſinodaleſ.

❡Excōicatio papalis.

❡Si qs i bullis papalibꝰ apponit: vel remouet vnaꝫ litterā vel pūctū ſcđm Hoſti.eſt excōicatus excōicatiōe papali q̄ fit in curia (nā in iure cōi nō hētur) ꝛ hoc ſi bulle hēnt vigorē. ❡Nā ſi expiraſſet earū valor: puta qꝛ erat gřa ad tpˢ ꝛ expiraſſet.ſi totū radereť ñ icurreret qs excōicationē: nec i aliqꝫ penā Ricardꝰ.

❡De iniuſtitia que fit in iudicio. Cap. quintum.

d E iiuſtitia vero q̄ fit a iudicibꝰ aſſeſſoris: aduocatiſ ꝓcuratōibꝰ ꝛ notarijs ꝛ đ qbꝰ dñt interrogari.dicetur iſra. ❡Si officialis qcūqꝫ dat iniuſtā ſniam ſciēter vł ex ignorātia craſſa ꝛ ſupia: teneť pti leſe ad ſatiſfactionem oīs dāni.niſi ſatiſfaciat ille: ꝓ quo ē lata ſnia: ꝛ ſimiliter aſſeſſor vel aliꝰ q ad hoc coopať: ꝛ peccāt oēs mortaliter aduocatꝰ ꝛ ꝓcurator:

qui ſcienter defendit iniuſtaꝫ cām. ¶ Si obtineāt ſimilr te neť pti leſe ad ſatiſfactōeꝫ iſo lidū. ſi nō ſatiſfaciat cliētulꝰ. Idē ſi pdidit iuſtā cāꝫ ex igno rantia craſſa vel negligentia. ¶ Accuſator ⁊ teſtis ſciēter ꝓ cedētes contra aliquē falſo te neť de omni damno ipſi ac‑ cuſato ⁊ peccant mortaliter.

¶ De furto. c. vj.

Iqs rē aliquā occul‑ te i vito dño: nō ſoluꝫ ſi abſtulit ab extrāeo ſꝫ ēt filiꝰ parentibꝰ: vxor viro: ſeruꝰ dño: diſcipulꝰ magro ſo‑ ciꝰ ſocio: ꝯſanguineꝰ ꝯſangui neo. furtū ē: ſi eſt qd notabile dānū: vn̄ ⁊ mortale. ⁊ tenetur ad reſtitutioneꝫ. Secus ſi qd minimuꝫ: vt aliquos fructꝰ: ⁊ q̄trinū ⁊ hmōi. ¶ Si reꝫ ſibi mutuatā retinuit: vľ aliā rē al teriꝰ. veniētē ad manꝰ ciꝰ non reſtituit furtū fecit: niſi ille tm̄ dē hēret de ſuo certitudinali ter: qđ nō vult reſtituē. ¶ Si iuēta. q̄ nō habenť ꝓ đrelicto nō reſtituit: ſꝫ ſibi retiuit. Et ſi poſt inqſitōeꝫ nō repiať cu ius ſunt iuēta: dēt pauperibꝰ errogare: alias eēt pctm̄ mor tale: niſi ipſi vt idigēti dareť. ¶ De theſauris iuētiſ: multū ſtatur cōſuetudini. de hac mā vide i. ij. pte ſūme. t. j. c. xv. §. ij. ¶ Si vſus eſt pignore: ad ſui vtilitatē. ꝯ dñi rei volūtatem. ¶ Si vſus ē re cōmodata ad alium vſum q̄ꝫ fuerat cōmo‑ data: vľ re depoſita ſine licen tia đponētis: niſi p̄ſumat dñꝫ rei eſſe ꝯtētuꝫ: teneť de hmōi vtilitate. ¶ Si religioſus de‑ dit de bonis monaſterij ſine lnia ſupioꝝ: habita vel p̄ſum pta. Idē ſi aliqd occulte rece‑ pit vel retinet qđ ē mortale ⁊ ꝓprietariꝰ. ¶ Si p̄latꝰ expen dit bōa eccľie i turpes vſus đ putata reparationi eccľie vel pauperibꝰ: vľ bōa mōaſterio rum: peccat mortaliter. ¶ Si aliqs recipit a religioſiſ aliqd ſine cauſa rationabili: vel pro turpitudine: vel lucri acquiſi‑ tione: vel cauſa amicitie ⁊ pa rentele ſine aliqua idigentia.

¶ De ſacrilegio quod com‑ mittiť circa res ſacras. c. vij.

De ſacrilegio qđ ē cir ca res ſacras. ¶ Si i poſuit vľ dedit ſup h cōſiliū: vt iponerētur collecte clericis ſiue eccleſiaſticis pſo nis nō habita lnia a romano pōtifice: ⁊ ſi ſecutus eſt effectꝰ vltra mortale: teneť ad reſtitu

tionem.⁊ niſi poſt admoniti
onem deſiſtat:eſt excommu-
nicatus.¶Si fecit vel fieri fe
cit ſtatuta contra libertatē ec
cleſiaſticam:vel conſuluit fie
ri.vltra mortale tenet de dā-
nis factis:eſtq; excommuni-
catus ipſe:necnon ſcriptores
⁊ iudicantes ſcdm ea. ¶Si
vſurpauit patronatū de no-
uo alicui⁹ eccl'ie vacantis vel
monaſterij:vel locorū piorū:
vel bōa ipſorū locorū vacātiū:
eſt excōicatus. ¶Si abſtulit
res ſacras vel calices ⁊ para
mēta de loco ſacro aut rē ſa
crā d loco nō ſacro ⁊ furās i
eccleſia res nō ſacras. ¶Si
effregit locum ſacrum vt por
tas eccleſie:vel locum religio
ſum.vel portas cōuentus:vl
tra peccatū ⁊ obligationē ad
reſtitutionē.tenet de iniuria
⁊ de dāno:⁊ eſt excōicatus:⁊
ante denūciationē pōt abſol
ui a dioceſano.Poſt denun
ciationē vero.ſolū a papa vel
penitentiario.c.conqueſti.ex
tra de ſenten.excōi. ¶Si fec̄
incēdiū ſtudioſe i loco ſacro
vel religioſe:idē iudiciū eſt ſi
cut de effractores vbi ſupra
per idē.c.puenit.¶Incendia
rij autē aliorum locorū:de iu
re cōi non ſunt excōicati. In
aliquibus aūt locis ſic:per ſy
nodales cōſtitutiones. ¶Si
legata facta eccleſijs vel alijs
pijs locis aut pauperib⁹ non
ſoluit itegre.⁊ ſi nimis differt
ex negligētia vel auaricia q:
ē ei icomodū:peccat mortali
ter:niſi ipoſſibilitas cū excu
ſet:⁊ alicubi eſt excōicatio ſy
nodalis vide in.ij.pte.ſumme
ti.j.c.xxj.§.iij. ¶Si cleric⁹ re
cipit beneficium ſimoniace:
vltra vitium ſimonie.omnes
fructus illius beneficij:furti-
ue accipit ⁊ tenetur ad reſtitu
tionem.¶Si prelat⁹ eccleſie
ex dolo vel lata culpa amittit
bona eccleſie:tenet ad reſtitu
tionem. ¶Si non dedit lai-
cus decimas vbi conſuetum
eſt dare tenet ad reſtitutionē

¶De rapina violenta.c.viij.

Rapina eſt quādo res
iiuſte aufertur ⁊ per
violentiam. ¶Si rē
alterius rapuit:vltra morta-
le ⁊ reſtitutionem ad quam
tenetur: debet etiam petere
veniā ſi commode poteſt de
iniuria violenter illata.¶Si
qs eſt pirrata pdās in mari
quoſcūq; indifferenter:vltra
mortale ⁊ reſtitutōē ad quā

tenetur.eſt excommunicatus
papali excōicatiōe: vt pꝫ per
proceſſum qui fit ānuatim in
curia ꝯtra huiuſmōi.Secus
vero ē de illis:qui faciūt hoc
preciſe:ꝯtra illos cū qbus ha
bent bellū.¶Si qs eſt depre
datꝰ romipetas vel eūtes vel
redeuntes ab vrbe roma vel
depdatus eſt portātes neceſ
ſaria ad vſum curie eſt excōi
catꝰ a papa.¶Si in bello iiu
ſto depdatus eſt ēt inimicos
vltra mortale ꝛ reſtitutionēꝫ:
nō dēt abſolui:niſi diſponat
in illo ꝛ in omni alio iniuſto
nūqꝫ ſe reperire.¶Si in bel
lo iuſto abſtulit ab amicis ſicͭ
faciūt ſtipēdiarij:vel ab eccle
ſijs inimicoꝝ.tenetur reſtitu-
ere.¶Si iuaſit hoſtiliter:vel
diſcurrit per terras eccl'e:vl-
tra pctm̄ ꝛ reſtitutionē: eſt ex
cōicatus excōicatione papali
per ꝓceſſum curie annualeꝫ.
¶Nota ꝙ oēs dātes ꝯſiliū
ad aggrediēdū.ſine ſummen
dum aliqd bellū iniuſtū: ſine
quoꝝ cōſilio nō fuiſſet factuꝫ
vel fieri nō poterat: tenentur
inſoliduꝫ de oibꝰ dānis inde
ſecutis.hec Ray.ꝛ alij.¶Si
participauit in crie rapine vl'
furti vel alteriꝰ iniuſte dānifi
cationis in aliquo infraſcri-
ptoꝝ modoꝝ:qui ꝯtinētur in
his verſibꝰ.Juſſio:ꝯſiliū:cō-
ſenſus:palpo:recurſus.Par
ticipās:mutus:nō obſtās:nō
manifeſtās tenetur inſoliduꝫ
ideſt in totuꝫ de omni dāno
ſecuto quouſqꝫ iſti.qui paſſuſ
eſt:ſatiſfactuꝫ ſit.Intellige tn̄
hoc cū diſtinctione:videlꝫ ad
primū verſuꝫ de tali iuſſione
vel ꝯſilio:vel ꝯſenſu coopati
onis.vel palpo.i.adulatiōe vl'
recurſu.i.receptione latronuꝫ
vl' reꝝ ablataꝝ:tali dico adu
latiōe ꝛ recurſu ꝙ ſine huiuſ
modi nō fuiſſet facta rapina
vel dānū:alias nō tenetur ni
ſi inquātū perueniſſet ad euꝫ
de re rapta:vel de quāto dā
no feciſſet cū ſuis:vel quātuꝫ
plus fuiſſet factū pp aliqd ꝓ-
dictoꝝ ab eo factoꝝ.¶Quā
tū ad ſm verſum nota ꝙ nō
obſtans nō manifeſtans:ꝛ ēt
mutus:tenētur qn̄ ſunt offici
ales ꝛ pn̄t ipedire dānū ꝛ nō
faciūt:alias nō tenētur ad re
ſtitutionē:licet peccent ſi pn̄t
impedire danū ꝛ nō faciunt
Tho.i.iiij.di.xv.q.i.ar.v.q.iij.
Item ſa ſe.q.lxij.vij. Pe.ꝛ
Alber.¶Itē etiā plura dicit
vel plura de his referunt ſup

c.ſicut dignuʒ de homicidio. ¶Quantū ad participatióeʒ iſtō fieri poteſt multipliciter. ¶Uno modo cooperādo cū alijs ad rapieñ. ⁊ tūc ad illud tenet̄ qđ recepit:vel damnifi cauit ſi nō fuit in cā principa li vel quaſi. ¶Scđo modo recipiēdo per viā doni de ra pina:⁊ ad illud tenetur qđ re cepit. ¶Tertio modo per cō ſumptionē rapine:vt vict⁹ve ſtit⁹⁊ huiuſmōi: ſicut famuli raptoꝝ:⁊ famuli vſurarioꝛuʒ qui habent oīa de rapina vel vſura ⁊ tenēt ad illud qđ ꝯſu munt.¶Quarto mō per do tationē vt marit⁹ qui ſciebat ſoceꝝ nō habere niſi bona ra pta ⁊ vſuraria:nō pōt recipe re dotē:⁊ ſi recipit tenet̄ reſti tuere.¶Si aūt filia remanet vidua tenetur reſtituere dotē qꝛ de alieno eſt:ʒ ſi neſciebat eſſe:tūc diuerſa eſt opinio in ter doctoꝛes.vtrū teneat̄ ma ritus ei⁹vel filia:ſed filia vide tur teneri. ¶Quinto per em ptioneʒ rei rapte vel furate ⁊ ſi ſciēter fecit ob ſui vtilitateʒ vltra moꝛtale.tenet̄ad reſtitu tionē ſi inuenit dñm rei:ſi ve ro nō reperit pauperib⁹ ero- gare tenet̄:vel pꝛeciuʒ eius ēt ſi iaʒ conſumpſiſſet.Si vero ignoꝛāter ſiue ignoꝛantia iu- ris ſiue facti:a peccato pōt ex cuſari ſed qñ ſcit : tenet̄ ad re ſtitutionē ſi nōdum diſtraxit etiā ſiñ ꝑcio petito a dño rei ſed repetat a vēditoꝛe ſi pōt. ¶Idē de oībus qui ſucceſſi ue emerent reʒ hāc niſi pꝛi⁹ diſtraxerint illaʒ rē:qꝛ bona fide diſtraxerūt. vēdendo:nō tenent̄ipſi:ʒ emens eā. De hac materia vide in.ii.p.ſum. ti.j.cap̄.xij.§.xj.⁊.xij. Itē ti.ij. c.i.§.viij.¶Qui impedit aliū iniuſte a ꝯſecutione alicui⁹of ficij:vel beneficij vel officij ec cleſiaſtici vel ſecularis:vbi ſi bi erat iam ius acquiſitū:te- netur ad ſatiſfactionem talis dāni. Si autē nōdum erat ſi bi ius acquiſitū ʒ erat in via acquirēdi:tenet̄ ad arbitriuʒ boniviri q̄ʒtū pōt illud dānū in ipſo dubio eſtimari.¶Si militer ⁊ qui deijcit iiuſte ali quem ab obtēto iuſte:vel ali ter ꝓcurat eijci.Secus cum iuſte ꝓcedit Tho.ſa ſe.q.lxij ar.ij.ad.iiij.¶Qui infert dā- nuʒ qđ in ſpe reſtitui nō pōt vt mutilatio mēbꝛi cum quo ille lucrabat̄: videlicet manū in ſcribēdo:virginitatē alteri

auferēdo precipue per violentiam ꝛ ſeductionē:morē inſerēdo alicui qui ſuo labore nutriebat familiā:tenetur ſatiſfacere ad arbitriuȝ boni viri. ¶ Qui ſciēter dādo advecturam:vel vendēdo equū claudicantem:vel aliter nociuū ꝛ nō illi indicādo:vnde emptori vel cōductori ſequit̃ nocumentū:tenetur ſatiſfacere de hmōi ad arbitriuȝ boni viri. ¶ Si mulier ſuppōit ſibi alienū partū:vel ꝯcepit de adulterio neſciēte viro:tenet̃ viro de oibus expenſis factis filio putatiuo ꝛ ꝯſanguineis.ideſt filijs vel alijs heredibꝰ de bis bonis que ꝑuenerūt ad eam Nō tñ tenet̃ mulier illa:manifeſtare factū cū periculo vite ſue Ray.ſed quō ageñ.ſit: vide in ſcd̄a parte ſūme.ti.ij. de reſtitutionibꝰ.c.vij.§.iiij. ¶ Si exiſtens camerariꝰ ſiue theſaurarius cōitatis:qui vulgariter dicitur camerlēgus: ſeu notarius ſeu aliqd̄ habēſ officiuȝ pro quo eſt ſufficiēter ſalariatus:ꝛ nihilominus ab his perſonis cū quibꝰ exequitur officium ſuū: puta faciendo cedulas ꝛ hmōi aliqd exigit:vſurpatio eſt nec puto ꝙ excuſet cum conſuetudo ſicut nec a rapina. Propter hoc enim ſtatuūtur ſalaria:ne pctat ab illis:vñ ꝛ peccat ꝛ debet pauperibꝰ erogare. Hoc dico qꝛ difficile eſſet dare tale quid ꝓprijs perſonis cum qd modicuȝ ſit: ar.xiiij.q.v.c. non ſane. ¶ Si cuȝ pecunijs cōitatis quas hēt in depoſito negociatur:ꝛ ſi qd cuȝ eis lucratur per ꝯtus vſurarios tenetur reſtituere vſuras ei a quo accipit. Si vero per contractū licitū videt̃ teneri cōitati:ſaltē pro parte.vel parteȝ paupibus erogare. ¶ Si qs ingreſſum in religionē bonā educit:vel per violentiaȝ. vel per ꝑſuaſiones:vltra peccatū mortale cōmiſſum:eſt excōicatus cū violentiā infert pſone.ꝛ tenetur illū vel aliū inducere ad religionē in ſatiſfactionem.vel tenet̃ ipe ingredi ſi nō habet impedimentuȝ ſm Pe.ꝛ Jo. De eo vero q omnino intēdit igredi religionē ſȝ nōdum ingreſſus reuocat̃ per aliquē ab illo propoſito. idem dicūt quidā:qñ.ſ.nō eſt cā iuſta:puta qꝛ in illa religione male viuitur:ſȝ ex cā irrationabili.hec in ſcd̄a pte ſum

me ti.ij.c.ij.§.i.
¶ Octauum preceptū. Non eris teſtis iniquus.c.i.

d E mendacio. Si dixit mendaciū pnicioſum.i.q̄ ſit ꝯ honorē dei: vt i his que ſunt fidei: vl' dānum notabile ꝓximi ſpūale: vel tēporale: mortale eſt ſ̄ʒ Tho.ſa ſe.q.cx.ar.iiij. Verbigratia. Si dixit fornicationē vel vſurā nō eſſe peccatuʒ mortale. Si negat qḋ ipſe vl' alius dēt dare ꝓximo ſuo q̄ ipſe nouit: ⁊ huiuſmōi. Si dixit mendaciū in iudicio interrogatus a iudice ꝑiurus eſt: ⁊ mortaliter peccauit ſ̄m btūʒ Thomā.ſa ſe.q.cx. ¶ Si dixit mendaciū in ꝯfeſſione de neceſſario ꝯfitendis: mortale eſt. Idē ſi i ꝑdicatione ſtudioſe mortale ē: niſi ex ſurreptione vel ſubita locutione imꝑmeditate. ¶ Si ꝑſona que dicit mendaciū etiā officioſum eſt ꝑſona auctoritatis ⁊ magne reputationis ſeu ꝑfectionis: poſſet per accidens tale mēdaciū eſſe mortale. ſi inde ſequeret̄ graue ſcandalum in mentib⁹ hominū. ¶ Si dixit mendaciū iocoſum.i.cā ſolacij: vel officioſum.i. ad vtilitatem aliquam ꝯſequendā ſpiritualem aut tp̄alem ſine nocumento alterius: ſemper eſt veniale peccatum. Tho. ſcḋa ſcḋe.q.cx. ¶ Si dixit falſuʒ teſtimonium cōtra aliquem in iudicio: vel accuſauit iniuſte vltra mortale peccatum tenetur de omni dāno leſo ⁊ etiam ad reſtitutionem fame vt ſcilicet dicat ſe falſum dixiſſe ſʒ poſtq̄ʒ ille ē punit⁹ nō tenet̄ ꝑꝑ periculuʒ qḋ ei imineret.

¶ De detractione.c.ij.

d Etractio eſt per quā aufertur fama alterius ⁊ multipl'r. ¶ Si quis imponit alteri aliqd falſum quod ſit notabile: mortaliter peccat: ⁊ tenetur ad reſtitutioneʒ fame: niſi ex hoc immineret ei magnū periculuʒ Thomas ſcḋa ſcḋe. q.lxxiij. arti.ij.⁊.q.lxij.ar.ij. ¶ Si ad peccatum alterius quod narrat: addit aliquid notabile: vltra peccatum tenet̄ ad reſtitutionem fame: ſi illud dictū iportat iſamiā. ¶ Si pctm̄ alteri⁹ mortale cū eſſet occultū ad diffamandū manifeſtauit alijs: peccauit mortaliter: ⁊ tenet̄ ad reſtitutionem fame in quantū poteſt: niſi illud cri-

men poſtea per aliā viā eſſꝫ
publicatum. ¶ Si peccatū al
teri⁹ occultū manifeſtauit nō
intendēs diffamare: vel alias
nocere: ſꝫ ex quadā loquacita
te nō videt̄ mortale: niſi per
accñs videlicet: ſi ex hoc ſeq̄-
retur diffamatio illi⁹: puta qꝛ
audientes publicāt. ¶ Si ac
cuſauit in iudicio vel denūci
auit prelato: crimē alteri⁹ nō
celo iuſtitie. ſed maliuolentia:
peccauit mortaliter: ſꝫ ad re-
ſtitutionē fame non tenet̄ ſer
uato ordine iuris. ¶ Si fecit
libellos famoſos. i. cedulas ſi
ue ſcripta: in detractionē alte
rius ponēs in loco publico vt
legant̄: aut cantiones: ꝛ hmōi
mortaliter peccauit ꝛ tenetur
ad rſtitutionē fame. ¶ Si pec
catum alteri⁹ etiā manifeſtuꝫ
narrat ex odio. ꝛ intētione no
cendi peccat mortaliter: ſꝫ ad
reſtitutionē fame nō tenetur.
¶ Si aūt ex loquacitate nar
rat: peccat venialr̄. ¶ Si de-
fectus alioꝝ qui ſunt peccata
venialia cōiter recitauit ex lo
quacitate: vel aliqua indigna
tione: nō eſt mortale peccatū
niſi ex hoc intēderet etiā dif-
famare. ¶ Si ſignificauit pec
catuꝫ alteri⁹ mortale ꝛ occul
tum prelato: vel parentibus:
ꝯfeſſori: vel alijs qui ſunt per
ſone nature vt poſſit melius
prouideri: qd̄ precipue hēt lo
cum: cū timetur de recidiuo
nō eſt peccatum ſed caritas.
¶ Nota tñ cuꝫ quis tenet̄ ad
reſtitutionē fame: ſi falſuꝫ di
xit. dēt dicere his quib⁹ dixit
ſe falſum dixiſſe nec excuſat̄:
qꝛ ſit ei verecūdia magna. Si
autē dixit veꝝ: nō debet dice
re illis ſe falſuꝫ dixiſſe: qꝛ eēt
mendaciuꝫ: ſꝫ iniuſte ꝛ male
dixiſſe. ¶ Si quis narrat cri
men alteri⁹ prout audiuit: di
cēs ſe audiuiſſe ſic ab alio di
ci: licet occultū. ex loquacitate
vel leuitate. nō videtur mor-
tale: nec tenet̄ ad reſtitutionē
fame: vl' ſi eſt: dubiū eſt de re
ſtitutione. ¶ Siquis bona fa
cta ab alio: dixit mala itentio
ne eſſe facta: videlꝫ ꝓpter hy
pocriſim ꝛ ſuperbiaꝫ ꝛ hmōi
itendens eum diffamare: pec
cat mortaliter. Ideꝫ ſi negat
bona facta ab aliquo. Si etiā
tacet bona que ſcit: cū eſt ne-
ceſſariū ad liberandū ꝓximū.
¶ Si audiuit ifamationes ꝛ
diffamationes alioꝝ. Naꝫ ſi
hoc facit qꝛ delectat̄ de infa-
mia eoꝝ: peccat mortaliter

Si autez hoc facit:qꝛ delecta tur ꝺ loquacitate:ſʒ diſplicet ei infamatio alioꝝ: non vide tur mortale. In prelatis aūt qui pōt hmōi prohiberē.ꝛ nō faciunt:mortale videt̄:di.xxv. §.alias demū in glo. De hac mā vide ad plenū i ſcda par te ſumme ti.ij.c.ij.§.iij. item ti.viij.c.iiij.de detractione.

¶ Nonū p̄ceptū de luxuria mētali ꝛ eiꝰ ſpeciebꝰ.c.vnicū.

Et nota ꝙ cogitatio-nes ꝯmittendi pctī̄ luxurie:que ſunt cuʒ ꝯſenſu rōnis:ſemꝑ ſunt pctā mortalia:ꝛ ꝯtra hoc p̄ceptū. Non deſiderabis vxorē ꝓxi mi tui:ꝛ ſunt diuerſaꝝ ſpecie rum:ſicut ſunt opa carnalia: licet nō ita grauia mortalia. ſicut opus exteriꝰ cōmiſſum. Et cū dicit penitēs ſe habuiſ ſe cogitationes quibꝰex rōne ꝯſenſit:interroget ꝯfeſſor er-ga quas pſonas ꝛ cū quibus habuerit:qꝛ ſi erga ꝯiugataʒ eſt adulteriū. ¶ Si ad ſoluta ꝛ ipſe ſit ſolutꝰ:eſt fornicatio. ¶ Si cū ꝯſanguinea:eſt ince ſtus. ¶ Si cū maſculo: eſt ſo domiticū. ¶ Si cū virgine ex tra matrimonium:eſt ſtuprū. ¶ Si cum religioſa: eſt ſacri legium. ¶ Si per violentiaʒ: eſt raptus. ¶ Interrogādū ēt eſt quotiēs habuit hmōi co-gitationes ad aliquā:qꝛ toti-ens peccauit mortalr. ¶ Si ꝑ interualla tpoꝝ hoc fecit: vi-delicet rōne ꝯſiderat fornica ri cum aliqua:poſtea vero ſe occupat in aliquo negocio: vt cogitat de gubernatione do-mus ꝛ hmōi:ꝛ exide iteꝝ de liberat fornicari:peccat ꝺnuo mortaliter:ꝛ ſic deiceps. Sʒ ſi ꝯtinue verſatur in tali cogi tatione ꝑ horas:vnū tm̄ pec-catum eſt.ſʒ tāto grauiꝰ quan to diutiꝰ pſeuerat cogitādo. ¶ Itē ſi mutat cogitationes de vna pſona ad aliā: vel ad diuerſam ſpeciē cū eadē per ſona deliberans de per ſe.de qualibet: ſꝑ de nouo peccat mortaliter. Vñ ſi cētū mulie res.videret vnā poſt aliaʒ: ꝛ ad quālibet ſpāliter animuʒ determinat:cētū mōtalia cō mittit. Secus ſi vna cogitati one hoc appetit:qꝛ vnū ē:ha bens deformitatē tot pecca toꝝ. ¶ Interrogādū ē ſi die-bus feſtiuis diſcurrit per ec-cleſias ꝓſpcādo mulieres:ꝛ ſi philocaptus ex aliqua ſecutꝰ eſt eā ꝛ quāto tꝑe vide in.ij.

parte ſum.ti.j.c.xxi.§.vi. Qđ dicit̃ de viro idez dicendũ eſt de muliere erga viruz.¶De delectatione moroſa in cogitatione:īfra dicet̃ in capitulo de luxuria:ꝛ plenius hētur i ij.parte ſum.t.v.c.i.§.v.¶Si mulier ꝯtētatur habere amatores:ꝛ cũ perpendit aliquez vel aliquos procari vel eam amare carnaliter.ponit ſe ad feneſtam vel vadit per aliquē locum vt videat̃ ab eo:vel ponit ſe in eccleſia:vel alio loco publico vbi diſcurrũt iuuenes ad procandũ.mortale eſt:etiã ſi nõ appetat peccare cũ talibus:qꝛ occaſionē ruine p̃ſtat extra de iniurijs ꝛ dã.da.c.ſi.

¶Decimũ p̃ceptũ de deſiderio habēdi res alienas.c.i.

Non ꝯcupiſces rē ꝓximi tui. Ultra p̃ceptũ opis iniuſte vſurpationis diuerſaꝝ ſpecieꝝ de quib⁹ dictũ eſt:ēt interrogandũ eſt de d̄ſiderio habito circa res alienas habendas ſeu acqrendas iniuſto mõ:qđ deſideriũ ſiue cogitatio ſi eſt cũ ꝯſenſu rõnis ꝛ alicui⁹ rei notabilis:ſemp eſt peccatũ mortale eiuſdē ſpẽi cui⁹ eſt opus illius iniuſte acqſitiõis: ſicut verbigr̃a deſiderans habere per vſuras.eſt ſpēs vſure.Si per rapinas:ē rapina.Si per viã occultã:eſt furtũ.Si rem ſacrã eſt ſacrilegium:ꝛ ſic de alijs.Ideo interrogandũ eſt quõ deſiderauit rē alienã: vt habeatur ſpecies pcti que neceſſaria eſt ꝯfiteri.In his tñ peccatis cordis nõ tenet̃ ad reſtitutionē. Nota etiã cuz quis dãnificat ꝓximũ in minimo:ſi hēt ꝓpoſitũ dãnificãdi in multo ſi poſſz:peccat mortaliter. Uñ emētes ꝛ vēdētes qñcũqz parati ſunt decipere ꝓximũ in multo ſi poſſunt cõmode:mortaliter peccãt:lz actu i modico decipiãt.

¶De auaricia que eſt p̄imuz vitium capitale.

¶Incipit ſcda pars interrogatorij in qua tractat̃ de modo iterrogãdi penitētes a cõfeſſore de ſeptē vitijs capitalibus ꝛ eoꝝ ſpecieb⁹:ꝛ primo de auaricia ꝛ habet.c.ix.

Auaricia tripliciter ꝑpetratur.ſ.iniuſte acquirēdo:tenaciter retinēdo ꝛ i ordinate amãdo.Habetqz multas ſpēs:ꝛ filias.¶Primus modus.ſ.iniuſte acqrē-

dī eſt de quo ſupra dictū eſt in precepto. Non furtum facies. Reſtāt tamē aliqua de quibus nunc dicemus.

¶ Secūdus modus.ſ.retinē di tenaciter ⁊ terti⁹.ſ.amādi iordinate.poſtea iſeri⁹ ponēt.

¶ De ſimonia.c.i.

Simonia que eſt circa ſpiritualia ⁊ eſt ſemꝑ peccatū mortale in oī caſu. ¶ Nota ꝙ pecunia que recipitur ſimoniace:nō debꝫ reſtitui ei qui dedit:ſꝫ de neceſſitate dēt pauperib⁹ erogari:vel illi eccleſie in cuius iura data eſt. ¶ Si dedit pecuniam vel aliqd aliud qđ ꝑcio poſſit exiſtimari pro habēdo aliquo ſacramento vt baptiſmo:eucbariſtia benedictione nuptiaꝝ:penitentia: ordinatione:chriſmate:⁊ extrema vnctione quaſi preciū huius ſacramēti:cuius ſignum eſt qñ datur vt preciū ⁊ fit pactio cū dante. Idē preſumitur qñ negatur ſacramētū ſi nō datur pecunia ſimonia eſt:nec excuſat ꝯſuetudo. Secus vero eſt ſi dat vt elemoſinā ⁊ gratis nō coactus:ſꝫ ſponte ⁊ ad ſeruandū ꝯſuetudinem. non exactus extra de ſimonia.c.tua nos. ¶ Si clericus exiſtēs:accipit aliquid tēporale pro aliquo ſacramēto dato vel dando:vt preciū eius:vł qꝛ aliter nō dediſſet:ſimonia ē. ¶ Si dedit aliquid: qđ ꝑcio poſſit exiſtimari pro aliquo bñficio eccleſiaſtico ſimplici:vel curato obtinēdo:ſimoniā cōmiſit ſed ſoluendo taxā curie ⁊ bullas nō reputatᷓ ſimōia. ¶ Si pro aliquo bñficio eccleſiaſtico vel dignitate habenda aliquid tpale dedit ſimoniā cōmiſit ⁊ idē de ꝯferētibus beneficia ⁊ officia hmōi.pro tēporalibus. ¶ Si emit vel vēdidit aliquā capellā eccleſie: ſimonia eſt. ¶ Si emit vel vēdidit ſepulturā eccleſiaſticā ſiue ſepulchrū vbi ponitᷓ cadauer:ſiue offm̄ eccleſiaſticū.ſimoniā cōmiſit. ¶ Si patronus exiſtens.pro pecunia elegit vel pñtauit inſtituendū in eccleſia ſua ſimoniā cōmiſit ¶ Si emit vel vēdidit aliqđ iuſpatronat⁹ alicui⁹ capelle vł eccłe:ſimonia eſt. ¶ Si porrexit ꝑces carnales.i.ꝓ aliq̄ indigno ordinādo:vł bñficiādo ſimonia eſt:ſi itēdebat ꝙ prelat⁹ rōne precū principalr aſſentiret. ¶ Si fuit mediator

ad procurandū alteri aliqđ ſpirituale.vt beneficiū ordinē ⁊ hmōi pro aliquo tēporali ſi moniã cōmiſit.¶Si cōduxit aliquē ad predicādū pactione pecunie ⁊ huiuſmodi: ſimoniã cōmiſit:⁊ ſimiliter p̄dicator qui hoc mō acceptauit.ſimoniã cōmiſit.¶Si filiam:vel cōſanguineã:vel ſeruã miſit ad monaſteriū pactione facta de certa quantitate pro igreſſu monaſterij: ſimoniã cōmiſit:nec non moniales niſi forte monaſteriū eēt a deo tenue ꝙ nō ſufficeret illi pro videre.¶De ſimonijs clericorū vide in tertia parte interrogatorij.c.de clericis.

¶De hac ꝟo materia ſimonie:habes pleni⁹ in ſecunda parte ti.pmo.c.v.de ſimonia per totum.

¶De proditione.c.ij.

Proditio frequēter ex auaritia fit. ¶Si ꝓdidit ciuitatē:vel caſtrū.vl̄ pſonã inimicis:vltra mortale:tenet̄ de omni dāno inde ſecuto.¶Si ꝓdidit res alterius:iniuſte auferētib⁹:idē. ¶Si ꝓdidit ſecreta alterius iniuſte:vltra mortale tenetur de dānis inde ſecutis. Sec⁹ ſi eſſent ſecreta iniqua vt cōiurationes:⁊ tractatus cōtra ciuitatē:vel nocumēta perſonarꝫ iiuſta manifeſtat:qꝛ tūc benefacit ⁊ facere tenetur de hac materia vide pleni⁹ in.ij. pte ſūme.t.j.c.xxij.§.v. ¶Si recipit aliqd ſub ſigillo cōfeſſionis:ſed nō in ꝯfeſſione: ſi reuelat.peccat mōtaliter:niſi illud eēt quid iniquuꝫ cui poſſet obuiari manifeſtando:⁊ ſi de hoc perpendit:qñ ꝓmiſit peccauit mortaliter:ſꝫ nec debet tenere ſecretuꝫ:qꝛ ēt tunc peccaret. ¶Si legit litteras alterius clauſas vl̄ mortale: niſi poneret ſpē in ratihabitione mittētis:vel ei⁹ cui mittitur.hec vide in.ij.p.vbi ſupra.

¶De acceptiōe pſonarꝫ.c.iij.

Si accepit perſonã i iudicio:videlicet qꝛ magis audit vnã perſonã qꝫ aliã:vel credit vni magis qꝫ alteri nō ſeruato ordine iuris:vl̄ magis ꝺclinat ad vnã partē qꝫ ad alterã rōne amicitie ⁊ hmōi:poſſet eſſe mortale.¶Si in diſtribuēdis beneficijs vel officijs eccleſiaſticis vel ſecularib⁹admittit indignos:peccat mortalit̄ ⁊ tenet̄ de dānis ide ſecutis per

ſonis. ¶ Si in faciēdis cedu
lis que vulgariter dicūtſeruti
nia officialiū ſciēter admittit
indignū: vel qui ꝓhibetur ad
mitti: vel excludit dignū: pec-
cat mortaliter. ¶ Si in diſtri
buēdis oneribꝰ: vel in ponen
dis collectis ciuitatis: ſciēter
grauat aliquē cōtra vel vltra
debitū vł alleuiat: peccat mor
taliter: ⁊ ſi ſolū ex eius deter-
minatione fieret talis diſtri-
butio: teneť dānificatis ď dā
no ſecus vero eſt ſi ponūtur
cū eo plures alij. Et ſic cū ha
beret diſtribueř elemoſynas
alicuiꝰ ſocietatis vel teſtamē
ti ⁊ hmōi nō fideliter diſtri-
buit: ⁊ ſi dediſſet nō indigēti
bꝰ: vltra mortale teneť ad re-
ſtitutionē. in. ij. ꝑte ſūme. ti. j.
c. ij. §. ij. in fine.

¶ De turpi lucro. c. iiij.

Si iudex accepit pecu-
niā vt iudicaret: aut be
ne iudicaret. aut nō iu
dicaret: aut iniuſte iudicaret:
peccat mortaliter ⁊ teneť illaȝ
reſtituere danti: niſi dediſſet
vt male iudicaret: qꝛ tūc tene
tur dare pauperibꝰ. Ideȝ de
teſte pro teſtimonio falſo ferē
do: qꝛ peccat mortaliter ⁊ te-
neť reſtituere. ¶ Si fecit iſtru
mentum in fraudeȝ vſurarū:
vt notarius: peccauit mortali
ter ⁊ mercedē quā accepit. de
bet pauperibꝰ erogare. ¶ Si
ſeruiuit vſurario in arte vſu-
raria: peccauit mortaliter. Et
ſi omnia bona vſurarij eēnt
obligata reſtitutioni. nō poſ-
ſet retinere ſalariū: ſed dēt re
ſtituere creditoribꝰ vſurarij:
alias āt poſſet: ſȝ illud dēt da
re pauperibꝰ de honeſtate tū:
nō de neceſſitate. niſi ipſe eſ-
ſet paup. ¶ Si recepit pecuni
am pro turpitudine: vt mere
trix vel alia mala mulier. dēt
illā pauperibꝰ erogare: nō tū
de neceſſitate ſed de conſilio
⁊ honeſto. ¶ Si quis facit ali
quā artē: vel artificiuȝ cuius
vſus vt plurimū eſt ad mor-
tale: vt facere taxillos vł char
tas ⁊ hmōi: peccat mortalit:
nec dēt abſolui niſi diſponat
illud dimittere. Lucruȝ vero
ex hoc factum: dēt pauperibꝰ
dare: ex cōſilio non precepto.
vide hanc materiā in. ij. par-
te ſūme ti. j. c. xxiij. §. xiij. ¶ Si
diebus feſtiuis emit vel vēdi
dit negociādo niſi forte in nū
dinis: vel fecit ꝯtractus alias
non neceſſarios tunc vel ſcri
pſit vel fecit aliquid manuale

pro lucro: vltra peccatum ſecundū aliquos debet illud lucruȝ pauperib⁹ dare: ⁊ hoc potius videt̄ de honeſtate q̄ȝ de neceſſitate. ¶ Si tpe meſſiuȝ vel vindemiaruȝ emit bladū vel vinuȝ: vel fructus: vt alio tpe vendat carius nō exiſtēs talis rei negociator: neqȝ propter aliquē honeſtū finem ſȝ ꝑpter cupiditatē: turpe lucrū eſt: non tamen tenetur in aliquo de hoc vide i. ij. pte ſum. ti. i. c. xxiij. §. xvj. ¶ Si accepit aliquid vt aliqueȝ eligeret ad dignitatē aliquaȝ temporalē: vel officiū ſeculare: vel vendidit hmōi officia ſecularia: turpe lucrū eſt: nō tamen tenet̄ ad reſtitutionē aliquaȝ. ¶ Si mercator vel ali⁹ portauit vl̄ portari fecit ferꝝ: ligna ⁊ quecūqȝ mercimonia ad terras infideliū non habēs liām a ſede apoſtolica eſt excōicatus excōicatione papali: incurrit qȝ alias penas vt habes i. iij. pte ti. xxv. c. xxx. per totū. Idē de dātib⁹ in hoc auxiliū ⁊ cōſiliū. ¶ Si negociator exercet negociationes nō ad aliqueȝ finem honeſtum: videlicet gubernatiōis familie: vtilitatis patrie ⁊ huiuſmodi: ſed principaliter ob immenſam cupiditatē: cōmittit turpe lucruȝ. Non tū tenetur de neceſſitate dare lucrū pauperibus: ſed vnā ptē de ꝯſilio ⁊ hōeſtate.

¶ De ludo multiplici. c. v.

Si luſit ad taxillos vel chartas: vel ad aliū ludū fortune. Si vicit p fraudem: vel per falſos taxillos: vel mēdacioſe. tenetur illud qꝺ ſic vicit reſtituere amittēti: vltra mortale cōmiſſum niſi ſit quid paruū. ¶ Si vicit ab eo qui alienare non potuit: vt ſeruo: religioſo: vxore: filio familias. ⁊ hmōi: tenetur reſtituere his qui habent curaȝ illorū: ⁊ eſt mortale: ſi eſt quid notabile: ⁊ ſi ex cupiditate acquirendi ludit. ¶ Si per multā importunitateȝ traxit aliū qui nō intēdebat ludere: vel retinuit volēteȝ recedere: vltra mortale tenet̄ illi ſi eſt qd notabile. ¶ Si acquiſiuit ſeu vicit per ludū hmōi: in locis vbi ꝓhibetur ludus ⁊ mādatur fieri reſtitutio ſiue legibus iperialibus ſiue municipalibus: ⁊ ſeruatur quātū ad vtrunqȝ: debet tūc fieri reſtitutio illi q amiſit. Secus ſi leges ille ſunt ab rogate per cō

trariam conſuetudinē. ¶ Si vicit per ludū in alijs caſib⁹ exceptis pdictis: nō tenet̄ illi reſtituere q amiſit: q̄uis poſſit elemoſinaliter ſi ſcit paup elargiri: ſed debet pauperib⁹ erogare de honeſtate ꝛ conſilio. ſꝫ aliquos tenet̄ de neceſſitate quod tutius eſt. Nō oportet tamē tales reſtringere ita ad certam reſtitutionē ſicut in furtis: vſura ꝛ hmōi.

Scdꝫ vero Ray. ſunt que daꝫ perſone qbus indiſtincte tenet̄ quis reſtituere qcquid ab eis lucratus fuerit in alee ꝛ taxillorū ludo: videlicet furioſi: pdigi: minores. xxv. ānorū ꝛ maxime pupilli. Itē mēte capti: ſurdi: muti: ceci: ꝛ qui ppetuo morbo laborāt: qꝛ tales rebus ſuis ſupereſſe. i. puidere nō pñt ppter quod dā di ſunt eis tutores ꝛ curatores. Idē videt̄ dicen̄. de fuis monachis: ꝛ ceteris clauſtralib⁹ ꝛ filijs familias: qui non hñt peculiū caſtrēſe vl̄ quaſi: ꝛ de vxore que nō hēt bona parafrenalia: ꝛ ēt de adminiſtratoribus rerū eccleſiaſticarū que ſunt pauperū: ꝛ de ſimilibus perſonis: tamen tales pecunie non ſunt reſtituē de perdentibus: ſed tutori: curatori: patri: monaſterio: domino: marito: eccleſie: ꝛ huiuſmodi. ¶ De reſtitutione talium vide pleni⁹ in ſumma in ſecūda pte ti. i. c. xxiij. de reſtitutione ludi. De alijs vero que cōtingūt in ludis vt fraudes: blaſphemie. amiſſio temporis ꝛ huiuſmodi habes in aiijs capitulis.

¶ De ingtetudine circa tēporalia acgrēda ꝛ pſuāda. c. vi.

Si habuit immenſam ſollicitudinē circa huiuſmodi tpalia: ꝛ pp hoc dimiſit aliquid neceſſarium ad ſalutem: vt miſſam ꝛ huiuſmodi mortale eſt. Si vero nō dimiſit neceſſaria ſꝫ remiſſius fuit quo ad ſpiritualia veniale eſt. ¶ Si habuit nimiam ſollicitudinem circa huiuſmodi ex parua cōfidentia auxilij dei: in ſe nō ē mortale: ſed videtur veniale: eſt tamen multum impeditiuū deuotionis ꝛ aliorum bonorūꝫ ſpiritualium.

¶ De inhumanitate retinendi tenaciter. c. vij.

Auaricia i retinēdo tenacit ſeu ihūanitas nō faciendi elemoſynas

corporales indigētibus quā-do poteſt hoc verſu cōtinet̄.ſ. ¶ Viſito poto cibo redimo tego colligo condo. ¶ Si habens ſuperflua quo ad naturā ⁊ quo ad decentiaꝫ ſtatus ſui pro ſe ⁊ familia ſua: non ſubuenit neceſſitatibus alio rū. ēt nō extremis: ſꝫ magnis quas nouit: mortale ē. ¶ Si hn̄s de ſuꝑfluo quo ad naturā: ⁊ ſi nō quo ad decētiā ſtatus pro ſe ⁊ familia ſua. non ſubuenit patiētibꝰ extremaꝫ neceſſitatē quos nouit: mortale cōiter iudicat̄: ſꝫ hic oporter multa cōſiderare. Ad bene intelligēdū: vide de hoc in ſecunda pte ſumme ti. primo c. xxiiij. §. iiij. ⁊. v. ¶ Si nō ſubuenit idigētibus de induſtria ⁊ arte ſua cū potuit: vt medicus medēdo: ⁊ viſitādo infirmos paupes. ſine ſalario: aduocatus in aduocādo: ꝓcurator ꝓcurādo ⁊ hmōi videtur mortale. ¶ Si qs non ſubuenit pauperibꝰ nō neceſſitates extremas patiētibꝰ cū poſſet: vel tardauit dare: ⁊ exaſperauit pauperes: veniale ē. ¶ Si parauit paupibꝰ nimis ſumptuoſa: vel nimia queſtuantibus ſine cauſa vrgente: vel vtentibus male elemoſynis: petm̄ ē potiꝰ q̄ꝫ meritū. ¶ Si laborantibꝰ pro eo in quocūq ministerio. nimis diſtulit dare eis mercedē vltra cōuentiones factas: cū tn̄ poſſet ſoluere: poſſet eſſe mortale ſi incurreret graue dānū vł ſcādalū. Idē ſi aliqd defraudauit.

¶ De auaritia amādi res inordinate. c. viij.

Ota q̄ ſiquis res etiā iuſte acqſitas ita inordinate amat vt inhereat ei vt fini: cuius ſignū ē qn̄ ꝑpter eas nō amittendas eſſet paratus facer̄ ꝯtra aliqđ ꝑceptoꝝ dei: peccat mortaliter: qꝛ plus diligit creaturaꝫ q̄ꝫ deum. ¶ Si aūt nullo modo vellet facere cōtra ſaluteꝫ ſuā ꝑpter hmōi temporalia q̄ꝫuis iordinate afficiatur ſeu amet ea: veniale eſt.

¶ De prodigalitate. contraria auaritie. c. ix.

I ſuꝑflue expēdit ſuā ſubſtantiā: vel in edificijs ſumptuoſis: vel in equis. vel in cōuiuijs delitioſis vel frequētibus: vel paleſtris vel ludis: vel in ornamētis: ⁊ ꝑcipue mulieꝝ: vel turpitudinibꝰ vel in enſenijs: vel hi

ſtrionibus ⁊ huiuſmodi peccatũ eſt:⁊ qñ eſt notabilis exceſſus ſecũdũ proportionẽ ſui ſtat⁹:eſt mortale:alias i modico eſt veniale. Deſcendere aũt ad particularia:puta determinare quando eſt mortale:vel veniale nõ de facili poteſt dari iudiciũ certuꝫ a quo cognoſcatur.

¶De inuidia que eſt ſecũdũ vitium capitale ⁊ eius ſpeciebus ⁊ hẽt capitula.iiij.ca.i.

Inuidia eſt triſtitia de alieno bono inquantũ cõſideratᷓ vt diminutiuum ꝓprie excellentie:⁊ ſi ſit ex ꝯſenſu rõnis mortale ẽ:niſi eſſet de aliqua re ꝑua:ſicut puer:qui inuidet alteri puero ꝙ hẽat plures fructus ⁊ huiuſmodi. Sed ſi ſit ſecunduꝫ motũ ſenſualitatis:⁊ cuꝫ diſplicẽtia rõnis eſt veniale: vel nullũ ẽt de re notabili. Interrogãdũ eſt ſecũdũ ſtatum de hmõi iuidia.ſ.ſi ꝑlatus alteri ꝑlato inuidet de maiori ꝑlatione vel dignitate. Si eſt officialis:de maiori ⁊ digniori officio. Si doctor:de maiori ſciẽtia ⁊ concurſu. Si ſcholaris:de acutiori igenio alteri⁹ ſcholaris. Si ciuis:de maiori honore ⁊ reputatione alterius. Si ſpiritualis:de maiori fama alterius. Si mulier: de alteri⁹ marito:filijs:ornamẽtis:pulchritudine ⁊ hmõi. Si artifex:de artificijs artis ſue ⁊ lucro:⁊ ſic ď alijs. ¶Si quis tñ dolet de bono ꝓximi ſui:nõ ex eo ꝙ ille hẽat:ſꝫ de defectu ſuo:qꝛ ipſe illo caret. ꝯtẽtus tñ ꝙ ꝓximus hẽat:ñ ꝑtinet ad inuidiã: ⁊ ſimiliter ſi doleat de bono inimici:ex hoc ſolũ quia timet inde ſibi nocumẽtum:non proprie pertinet ad inuidiam Tho.ſa ſe q.xxxvi.ar.ij.

¶De odio ⁊ alijs filiab⁹ inuidie: ⁊ primo de odio.c.ij.

Si habuit odiũ ad deũ qꝛ flagellauit eum. vel impediuit mala deſideria ei⁹:vel alia de cã:mortale eſt. ¶Si hũit odiũ ad ꝓximũ deſiderãs maluꝫ ei⁹ vt malũ:⁊ ſi eſt maluꝫ notabile: qď illi appetit rõne deliberata:mortale eſt.ſiue malũ ſit i ꝑſona:vel fama:vel ſubſtantia vel alio mõ:ſecus ãt ſi nõ conſenſit rõne.vel ſit qd non multũ dãnoſum. ¶ Si vero deſiderauit malũ alterius: videlicet infirmitatẽ in bonuꝫ

eius. vt. ſ. bonus efficiatur: vł ne peior vel ne alijs noceat: non eſt odium. Interrogādū ⁊ inueſtigandum eſt hoc caute. Nā laici omnem diſplicē tiam ſolent appellare odium que tamen non eſt niſi dicto modo. Itē odium cōtra vnū reputant tm̄ vnū peccatū. Sz nō: q̄ ſicut in alijs ſic in iſto quotiens. n. reuocando iniuriā. mēti de nouo habuit odium ad illū cuz conſenſu rationis: totiēs peccauit mortaliter. ¶ Interrogandum eſt ēt de tēpore. ſ. quātuz perſeuerauit ⁊ quō frequenter odiuit. Itē q̄ dimittat omne odiuz ſed nō oportet imo nō debet illi petere veniā quē odiuit: ſi peccatum eſt occultū niſi publice cū verbis vel alijs modis offendiſſet. in. ij. pte ſum. ti. viij. c. iij.

¶ De ſuſurratiōe que eſt ponere diſſenſiones inter amicos propter malam intentionem. c. iij.

Si queſiuit ponere diſcordiaz inter amicos: vł ꝯſanguineos. dicēſ malum vni de altero vel ecōtra: vel referens ſtudioſe que poſſunt cāre hmōi: q2 mortale eſt: ⁊ nurus erga ſocrū: ⁊ ſocrus erga nurū ſolent his vacare. ¶ Si dixit aliqua verba vnde orta eſt diſcordia inter amicos vel cōſanguineos: ſz nō hoc intēdens: ſed in caute de ſe nō eſt mortale: ſz poſſet eſſe rōne ſcādali. ¶ Si qs intēdit diſſoluerꝭ malas amicitias: vel cōuerſationē alicuius cū alijs ne decipiatur. cōgruis remedijs: nō eſt malū. Vide i. ij. pte ſum. ti. viij. c. v.

¶ De exultatione in aduerſis. c. iiij.

Si vidēs dāna ⁊ euenire ⁊ mala his qbus inuidet: vel odiū habet: letatur deliberato aīo de malo illius: mortale eſt. Secus aūt ſi non deliberato aīo. Letari autē de malo inimici: non inquantū malū eius: ſed inquātū nō poterit ei nocere: vł alias iniuſte cuz opprimere: poteſt eſſe ſine peccato.

¶ De triſtitia in ꝓſperis: q̄ in hoc differt ab inuidia: q2 inuidia triſtaꝭ de bono ꝓximi: ⁊ ꝓpter hoc cogitat quō male hēat ⁊ deſiderat: ſed cōtingit ſepe q̄ nō patitur ille dāna que ei appetit: ſed magis ꝓſperatur: ⁊ de hoc triſtatur:

⁊ eſt mortale vbi eſt conſenſus rationis. Uide in.ij.parte ſum.ti.viij.c.vj.

¶ De ira que eſt tertiũ vitiũ capitale:⁊ habet.c.duo.c.j.

Ira ẽ appetit⁹ vĩdicte ⁊ vitiuz capitale:⁊ frequẽter miſcet̃ cũ odio Si pp aliquẽ defectũ in ſerũ ĩ altero cõmiſſuz: deſiderauit vĩdictã ſeu punitionẽ qũocũ qꝫ.vt p ſe vł a deo vł ab alio: ĩtẽdẽs ſolũ ſatiſfacer̃ aĩo ſuo irato ẽ mortale qñ.ſ.ſolũ intẽdit punitionẽ p̃ter ordinẽ rõnis:ſi notabile malũ eſt:⁊ cũ ↄſenſu rõniſ:alias veniale:vt ira q̃tidiana ĩ gubernatiõe familie. ¶ Si iratus in ſe ipſuz pp aliquẽ defectũ turbat̃ cõtra ſe veniale eſt cõiter. ¶ Si irat⁹ ↄ̄ deũ pp aliqđ flagellũ murmurat corde vł ore:ĩpatienter ferẽs.⁊ põt eẽ mortale ⁊ vẽiale ſm modũ ĩpatiẽtie.

¶ De idignationibus ⁊ alijs filiabus ire.c.ij.

Si idignat⁹ ↄ̄ aliquẽ nõ valẽs audire eũ:vł vide re.reputãſ idignũ eo q̃ ſibi diſplicuerit:cũ debuit ſeruire poti⁹:eſt veniale cõiter. Et ſi ↄpter hoc ſ̃tinet ſibi loquelã:vel aliud ſignũ oſtẽdit diſplicentie (que auferenda ſunt) ꝑpter ſcandaluz proximorum ⁊ opinionẽ odij:poſſet eſſe mortale.

¶ De tumore mentis.

Si excogitauit diuerſas vias ⁊ modos ad vindicanduz ſe de iniuria ⁊ hic iplicauit mẽtem cogitationibus altercationis:ſecundum proceſſum poteſt eſſe mortale ⁊ veniale.

¶ De clamore.

Si ex ira clamauit cõtra aliquẽ iordinate ⁊ ↄfuſe:⁊ furioſe loquẽdo:ẽ veniale cõiter.

¶ De cõtumelia.

Si dixit alteri verba contumelioſa vel iniurioſa importãtia vitia:vel opprobria .animo iniuriandi notabiliter:vt vocando eũ proditorẽ:vel inhoneſtã pſonã:⁊ dicẽdo mala de parẽtib⁹ ⁊ hmõi mortale eſt. ¶ Si dixit verba opprobrioſa familie ſue vł diſcipul⁹ vł ſibi ſubditi cã correctõis: ſi fit mõ đbito ⁊ honeſto ẽ ſine peccato : vel cõiter eſt veniale.niſi infamatoria diceret ⁊ ſequeret̃ ſcandaluz magnum. Uide in.ij.parte ſum. ti.vij.c.vj.§ ij.

¶ De blaſphemia ⁊ maledictione creaturarum.

Si blaſphemauit animo deliberato aliquē: vt percuteretur tali maledictione in malum eiꝰ eſſet moꝛtale:niſi hoc affectaret in emēdationē eiꝰ. Si vero hoc nō deſiderauit ſcōm rōnez: ſed ſcōz ſubituz motū ire eiꝰ:cuius ſignuz:eſt qꝛ ſi hoc ꝯtingeret:valde doleret ſicut fit a parentibꝰ:cōiter veniale eſt.¶Si maledixit creaturas irrationales:qꝛ ſi fecit in deteſtationē creatoris:vel in damnuz dñi eius: eſt moꝛtale:alias vēiale ⁊ ocioſuz.¶Si blaſphemauit animas defunctoꝝ ſuoꝝ parentum vel alioꝝ hoīum:videtur moꝛtale:qꝛ vr̃ intēdere notabile malum.¶Idē cū ſeipm̃ maledixerit ex ipatiētia.¶Si blaſphemauit dyaboluz:malum eſt:qꝛ ocioſuz ſaltē.vide de hanc mā in.ij.pte ſum.ti.vij.c.v.§.iij.⁊.iiij.

¶De maledictiōe dei ⁊ ſanctoꝝ.dictū ē.ſ.i ꝑmo ꝓcepto.

¶De rixa.

De rixa per quā ex ira ſe inuicem hoīes percutiunt.i.cuz fit animo nocēdi vel iniuriādi vt in adultiſ:eſt moꝛtale in incipiēte.Idē in pꝛoſequente animo vindicatiuo.Secus ſi animo defendendi ſe tm̃:vel etiā ad exercitium vt pueri.

¶De ſeditione.

De ſeditione que eſt qñ vna pars ciuitatis iſurgit ꝯ aliā: ex parte eiꝰ que iniuſte mouet:eſt moꝛtale cū oībꝰ ſequacibus eiꝰ:⁊ tenetur de oībus dānis inde ſecutis alteri parti.Ex parte aūt eius qui reſiſtit ſeditioni iniuſte mote cōtra ſe:vel bonū ciuitatis:non eſt ſcōz ſe peccatū: niſi miſceantur odia ⁊ vindicationes: pꝛout cōiter accidit.Quādo ex reſiſtētia alteri parti ſequerētur multa pericula ⁊ mala: cedendū eſſet:alias nō euaderet multa peccata que in ꝯflictu partiū ſequerēt.¶Siqs etiā ita partialis eſt vt guelphus ⁊ gebelinꝰ:ſeu aliter ꝑtialis.ita obſtinato aīo ꝙ appetit exterminiū alteriꝰ ptis: ſeu exiliū per phas ⁊ nephas paratus etiaz in malis ſe qui partez ſuaz:nō eſt ſine moꝛtali:⁊ in malo ſtatu ꝑditionis. De hac materia vide in ſcda parte ſum.ti.iiij.c.viij.§.iij.

¶De bello.

Siqs mouet belluz iniuſtuz moꝛtalr peccat:⁊ ois qui dat auxiliū:ꝯſiliū ⁊ fauoꝛez.ſimi

liter peccat mortaliter. ¶ De
dānis autē que ibi fiunt: ⁊ de
reſtitutionib⁹: ⁊ quid ſit iuſtū
vel iniuſtū bellum. vide in. iij.
pte ſum. ti. iiij. c. ij. De homi-
cidio dictū eſt. ſ. in. v. pcepto.

¶ De accidia que eſt. iiij. capi
tale vitium: ⁊ hēt. c. v. pmū. c.

a Ccidia importat tedi
uʒ bñ operādi. ¶ Si
ita ꝯtriſtatus ⁊ tedia
tus eſt ꝙ hūit in horroreʒ bo
na diuina: ⁊ in abominatōeʒ
ſpiritualia ⁊ opa bōa ad que
tenetur: vt pcepta dei ⁊ eccle
⁊ hmōi: qñ adeſt ꝯſenſus rō
nis eſt mortale. Sʒ ſi hēt ta-
lem motuʒ tm̄ ſcd̄m ſenſuali
tatem cuʒ diſplicētia rōnis: ē
veniale. ¶ Si ita ꝯtriſtat⁹ eſt
de morte ꝯſanguinei: vl alio
caſu ꝙ penitet cū bene feciſſe
vel pponit amplius nō bene
facere: mortale eſt. ¶ Si ita
ꝯtriſtat ꝙ vellet nunꝗ̄ fuiſſe
creatus a deo: ſeu nō eſſe na
tus in mūdo: vel eē ſicut bru
tū animal vel mori quōcūqȝ:
ſiue bene ſiue male diſpoſit⁹
dūmodo hinc exiret: talis tri
ſtitia cū ꝯſenſu rōis eſt mor
tale. ¶ Si etiā ita ꝯtriſtat de
aliquo cāu aduerſo. ꝙ icurrit
grandē infirmitatē pp̄ter ni
miā triſtitiā: perdens ſomnū
dimittēs cibuʒ ⁊ hmōi: videt
mortale qñ pōt ſe iuuare con
tra hmōi. ¶ Si ꝯtriſtatur ex
ꝯſideratione bonoꝝ que hñt
alij: quib⁹ ipſe eſt priuatus: vi
lipendēs oia ſibi data a deo:
⁊ inde ſumens tediū bñ ope-
randi ſcd̄m ꝯſenſuʒ rōnis: il
la accidia eſt cōiter veniale: ⁊
in pſonis ſpūalib⁹ reperitur.
¶ Si ꝯtriſtatur ex hoc ꝙ bo
na pposita que fecit ſepe frā
git ex hoc incurrit tediū bene
operādi: quaſi ſibi videat nō
poſſe pficere: accidia eſt ⁊ in
ſpūalibus incipiētib⁹ deo ſer
uire repitur. ¶ Si ex frequē-
tia tētationū attediat in labo
rādo ⁊ reſiſtēdo: veniale eſt ſi
tñ reſiſtat. In icipiētib⁹ cōtin
git ſepe. ¶ Si attediat in bo
nis operib⁹ vl bene operādo
orādo: audiēdo: legēdo lectio
nes: vel predicationes aut di
cendo officiū ⁊ hmōi: non tñ
dimittit de neceſſitate fienda
cōiter eſt veniale: ⁊ ſatis ēt in
ſpūalibus reperitur. ¶ Si tri
ſtatur de aliquo defectu ma-
gis ex eo ꝙ apparet defectuo
ſus coram hominib⁹ ꝗ̄ coraʒ
deo: accidia ē ⁊ frequēter ve-
niale procedens ex ſuperbia.

¶De filiabus accidie.c.ij.

De filiabus accidie i quibꝰ difficile eſt co gnoſcē qñ ibi ſit pec catuꝫ mortale.niſi qñ miſcet cū aliquo pctō:vt cū ommittitur aliquod preceptum:niſi deprimat ita mentem ꝙ tollat caritatem dei ꝛ proximi.

¶De deſperatione.

Si deſperauit ꝺ miſericordia dei exiſtimās eū nō poſſe vel nō velle ei parcere ēt reuertēti ad pniaꝫ:vel nō poſſe abſtinere a pctis cū adiutorio dei: eſt mortale ſm deliberatōeꝫ ꝛ ꝯſenſum. Secus ſi ſm aliquē ipulſuꝫ tētationis. ¶Si deſpauit ſe nō poſſe euadere aliquas miſerias mūdi:vl̄ pericula ꝓpter que decreuit ſe occidere:eſt mortale. Et ſi aliqd ad hoc fecit mlto magis.

¶De malitia.

Si cōtēpſit diuina ꝛ ſpūalia bōa ex triſtitia aggrauāte mēteꝫ mixta cū accidia: mortale eſt:hec in.ij.pte ſum.ti.ix.c.ij. §.ij. ¶Si āt ꝯtēneret ꝛ refugeret ea per que poſſet vitare pctm̄:qꝛ tūc pertinet ad blaſphemiā in ſpūm ſanctuꝫ:vt infra dicetur.in.ij.c.de ſupbia.

¶De puſillanimitate.

Si ſubtraxit ſe ab illis bōis ad que erat aptꝰ timore deficiendi:vt a ieiunijs:ab igreſſu religionis:a ꝑlatione iniūcta:ab offō ꝑdicationis ꝛ audientie ꝯfeſſionis iniuncte ꝛ hmōi:ē cōiter veniale:niſi eſſet ꝑceptuꝫ in eo qꝺ dimittit.

¶De rancore.

Si habuit in diſplicētiā ꝛ tedium corrigētes eū ꝓpter correctionē:eſt veniale:niſi illos odiret ꝛ tūc odiū eſt mixtuꝫ.

¶De ocioſitate que ꝓcedit ex tedio.

Si ſtetit ocioſus nihil boni operās corporale vel ſpūale. vñ amittit tp̄s irrecuperabile vr̄ veniale:niſi ex ocio addat aliqꝺ vitiū qꝺ frequēter accidit:ꝛ quāto tpe ſtetit ocioſuſ.

¶De torpore ſeu pigritia bene operandi.

Si fuit tardus ad bñ operādū:licet illud fecerit:vt tardꝰ ad eccleſiā ad orañ.ad elemoſynas dādū ꝛ hmōi cōiter ē vēiale:niſi ex tarditate ōmitteretur ꝑceptuꝫ:vt qꝛ cito nō ſubuenit patiēti extremaꝫ neceſſitatē cū tenetur:vt īfirmo vnde ſequitur mors ꝛ huiuſmodi tunc eſt mortale.

¶De euagatione mentis.

Si habuit diſtractionez mẽtis in orõne ⁊ fuit in cã: vł cũ voluntate euagaꝛ: vel i audiẽdo p̃dicationẽ ⁊ diuina vł ẽt extra diuina mente cogitauit vana ⁊ inutilia: ẽ cõiter vẽiale: niſi addaꝛ aliqđ ſpãle peccatũ vel ſi hoc faciat per totũ offm̃ ad qđ obligatur ex p̃cepto. Si audit noua: vel ſi loqtur inutilia: vel ex tedio mutat loca hinc inde: vel diſtrahit ſenſus ⁊ membra diuerſimode eſt veniale cõmuniter.

¶ De negligẽtia ſeu tepiditate que eſt remiſſio volũtatis circa ea que debꝫ facere. c. iij.

In hac quotidie oẽs offendunt: ſꝫ venialr niſi ommittaꝛ aliqđ neceſſariũ. ¶ Si fuit negligẽſ circa opa miſericordie ſpũalia que hoc verſu cõtinentur. ¶ Cõſule: caſtiga: dimitte: ſolare: fer: ora. ¶ Nõ ꝙ ſub cõſulo ↄprehẽditur doctrina. i. docẽ ignorantẽ: p̃cipue ad ſalutẽ vtilia. ¶ Si fuit negligẽs ad adiſcẽdũ neceſſaria ad ſalutez: vt p̃cepta dei ⁊ eccleſie generalia: qꝛ hmõi ignorãtia nõ excuſat: vel ad eunduꝫ ad p̃dicationẽ: ⁊ vtile eſt iniũgere idiotis. vt p̃dicationes aliquas audiãt. ¶ Si fuit negligens ad ꝓcurandũ ſacr̃a ſibi ⁊ ſue familie. Et ſi ex negligẽtia ⁊ dilatione mortua eſt ꝓles ſine baptiſmo: ẽ mortale. ¶ Si infirmꝰ mortuꝰ eſt ſine cõfeſſione ⁊ cõione: vel extrema vnctiõe: cũ ex negligẽtia craſſa ꝓcedit: vł mortale vel graue veniale ẜm ꝙ plus ille indigebat. ¶ Si fuit negligẽſ ad ꝓcurandũ ſacr̃m ↄfirmationis. ¶ Si itez feciſſꝫ dare ſacr̃a baptiſmi: ↄfirmationis vel ordinẽ ſciẽtes ſacruꝫ: eſt mortale ⁊ ↄ̃hiꝛ irregularitas in ſuſcipiẽte. ¶ Si fuit negligens ad fraternã correctõez cum teneꝛ: videlꝫ de pctõ occulto ⁊ mortali ⁊ inde ſperabat emẽdationẽ illiꝰ: tunc eſſet mortale dimittẽdo omnino illã: veniale vero retardãdo: vel de his q̃ nõ ſunt mortalia. ¶ Si nõ ẜuauit ordiez debitũ in fraterna correctõe: vel nimis aſpe. vel in tpe vel loco in debito: pctm̃ eſt: vide de hac mã in. ij. pte ti. ix. c. iij.

¶ De negligentia confeſſionis. Capłm. iiij.

Si õmiſit adminꝰ ſemel in ãno ↄfiteri vł ex negligẽtia vł igrã

tia:mortaliter peccauit. Sec9 ſi ex impotētia:videlꝫ q2 non hēt copiā ꝯfeſſoris. Sꝫ ſi poſtea cum hēt copiaꝫ ꝯfeſſoris nō ſuppleuit defectū:mortale eſt vide hāc materiā in.ij.pte ſum.t.ix.c.viij.§.ij. ¶ Si fecit ꝯfeſſionē fictā:ſcienter dimittens aliqđ mortale:vl' qđ dubitat:vel credebat eſſe mortale:etiā ſi nō eſſet mortale.mortaliter peccat: ⁊ tenet̃ iterare ꝯfeſſionē. ¶ Si dixit eſſe ꝯtritum de oib9 peccatis ⁊ diſpoſitum ad abſtinendū ⁊ ſatiſfaciendū:cū hoc nō intenderet: mortaliter peccauit:⁊ tenetur iterare ꝯfeſſionē. ¶ Si pniaꝫ ſibi iniunctā pro mortalibus ex negligentia ōmiſit facere: peccauit mortaliter ⁊ tenetur iterare ꝯfeſſioneꝫ:ſi eſt illius oblitus. ¶ Si ſciēter ꝯfeſſus eſt ei quē ſciuit excōicatū: vel ſuſpenſum.vel nō habētē auctoritateꝫ:puta q2 ſimoniace accepit bñficiū:vel q2 itruſus eſt per laicā poteſtatē: peccauit mortaliter:⁊ tenet̃ iterare ꝯfeſſionē. ¶ Si ꝯfeſſus eſt in excōicatione maiori exiſtens: quā neſciuit ipſe nec cōfeſſor eius:abſolutus tñ fuit a pctis opꝫ iteꝝ ꝯfiteri.q2 nō fuit capax abſolutionis tunc: ꝓpter excōicationem. ¶ Si ꝯfeſſus eſt ei qui nō hēt ſufficientem ſciētiā:peccat. Et ſi fuit adeo ignorans ꝙ neſciuit diſcernere pctā eius p̄cipue cōmunia tenetur iterare confeſſioneꝫ. hec vide i.ij.p.ſ.ti.ix.c.viij.§.iij.

¶ De negligentia circa communionem.c.v.

Si omniſit cōicare ſemel in anno.ſ.in paſcha reſurrectiōis poſt annos diſcretionis: peccauit mortaliter:niſi fuiſſꝫ legitime impeditus:vt q2 alteratus ſtomaco:vel excōicatus. querēs tñ abſolutionē:vel de licentia proprij cōfeſſoris per aliquot dies differret:⁊ in hmōi caſibus dēt ſupplere defectuꝫ qñ pōt. ¶ Si non cōicauit ieiunus:ita.ſ.ꝙ poſt mediā noctē aliqd ſumpſit per modū cibi vl' potus:peccauit mortaliter: niſi eſſet grauiter īfirmus. q2 tunc licet. ¶ Si cōionē ſumpſit cum ſtaret cū ꝓpoſito alicuius pcti mortalis:vel cū eſſet excōicatus:hoc ſciens vel ignorās ignorātia craſſa: peccauit mortaliter. ¶ Si nō cōfeſſus de aliquo mortali pctō cōmiſſo:vel aduertēter ex ve

recūdia: vel inaduertēter pro
pter indiſcuſſionē conſciētie:
vel ex ignorātia craſſa ⁊ ſupi
na ſumpſit cōionez: peccauit
mortaliter. ¶ Et nota. ꝙ ſiqs
ommittit ꝯfeſſionē vel cōio-
nez in tpe ſtatuto: conari dꝫ
ꝯfeſſor vt inducat eū ad ſup-
plendū defectuz: niſi ſit oino
nō bene diſpoſitus. Vide in
ij. parte ſum. t. ix. c. ix. §. j. ⁊ . iij.
¶ Item cū reperit aliquē de
ditū vitijs turpibꝰ ⁊ alijs qui
ſtat vſqꝫ ad finē q̄drageſime
cautuz vt̄ ne ſubito admittat
eum ad cōionez: ſed ꝓlonget
ſibi tp̄s per aliq̄s hebdoma-
das. ¶ De alijs vero defecti
bus qui cōmittunt̄ circa cōio
nē ⁊ miſſaz vide in tertia pte
interrogatorij in. c. de clericiſ
⁊ i. iij. pte ſum. t. xiij. c. vi. item
ſcda pte. t. ix. c. x. ¶ Si exiſtēs
excōicatus maiori: ⁊ ſcienter
participauit audiēdo diuina
in eccleſijs aut ſacra percipiē
do: peccauit mortaliter. ¶ Si
participauit in crimine cū ali
quo ꝓpter qd̄ ille cū quo pti
cipauit erat excōicatus. vide-
licet qꝛ verberauit clericū: vt
c. Si ꝯcubine ex̄ d̄ ſnia excōi
cationis. vel ſi aliqs clericus
ſubijcit ſe alicui laico verberā
dum ad placādū euꝫ de iniu-
ria ſibi illata: clericus ille effi
citur excōicatꝰ: qꝛ pticipat in
crie eū verberāte: ꝓp qd̄ ē ex
cōicatꝰ ⁊ mortale eſt: vt. c. cō-
tingit de ſen. excō. ¶ Si exñs
excōicatus maiori ſciēter. pti
cipauit cū alijs fidelibꝰ etiā ex
diuina: ꝓcipue in his que ꝯti
nent̄ hoc verſu. ¶ Os: orare:
vale: cōio: menſa negat̄. Et ſi
fecit ex ꝯtēptu ꝯ ꝓhibitionez
ſuperioꝝ: peccauit mortaliter
alias venialiter ⁊ efficit̄ excōi
catus minori: a qua p̄t abſol
uere ois qui hēt eū audire in
ꝯfeſſione. ij. p. ti. iiij. c. vj. §. iiij.
Excipiūtur tn̄ qnqꝫ caſus in
qbus licet pticipare cū excōi
catis: q continetur in hoc ver
ſu. ¶ Utile: lex: humile: res:
ignorata: neceſſe. ¶ Nec ana
thema qdez faciūt ne poſſit
obeſſe: quos vide i. iij. p. ſū. ti.
xxvi. c. i. ⁊. ij. p. ti. iiij. c. vj. §. iiij.

¶ De inanigloria ⁊ habꝫ. iij. capitula. Primum capl'm.

d E inanigloria que ē
v. capitale vitiū: impor
tās iordinatum appe
titū laudis hūane: ſeu inordi
natā cōplacentiā eiꝰ cū offert̄.
Et cū ſit aliqd̄ opuſ p̄ncipali
ter ꝓp laudē ꝓpriā: amittitur

eius merces τ peccatū incur
ritur. Et interrogandū eſt ſꝫ
ſtatū hoīuꝫ de diuerſis mate
rijs in qb⁹ hoies q̄rūt ſibi lau
dē: videlꝫ a doctore de ſcīa τ
doctrina: a ſcholari de inge-
nio τ diſputatōe: a rectore de
regimīe: a mulierib⁹ de orna-
tu τ hmōi. ¶ Si q̄ſiuit laudē
τ gloriā de ope pcti mortalis
mortalr peccauit: ſi ſm rōnē
deliberatā hoc egit. Secus ſi
ſm modū ſenſualitatis vel ēt
ſi de aliquo veniali gloriatur.
¶ Si opa ſua de genere bo-
noꝝ: vt ieiunia: elemoſynas: τ
hmōi: q̄ſi oia ad laudē huma
nā fecit: mortale vr: cū ibi cō-
ſtituit finē puta: qꝛ p̄ncipalis
intētio ei⁹ eſt vt laudē acq̄rat
humanā τ nō pp deuꝫ. Sec⁹
ſi aliqd hoꝝ aliqñ facit alio fi
ne bono. Si ita inordinate
appetiuit laudeꝫ de aliq̄ ope.
ꝙ pp eaꝫ ꝯſequēdā. paratus
erat facē ꝯtra aliqd p̄ceptoꝝ
peccauit mortaliter. In alijs
autē caſibus videtur veniale.

¶ De imodeſtia ornat⁹. c. ij.

DE imodeſtia ornatus
que ꝑcedit frequēter
ex inanigloria: licet ēt
ex alijs cāis poſſit ꝑcedere. τ
p̄cipue mulieres iuuenes de
hoc interrogāde ſunt. ſ. de or
natu capilloꝝ: fucoꝝ: gēmaꝝ:
veſtiū p̄cioſaꝝ: τ foderaturis
τ caudis earū: τ planellis ni-
mis altis τ coronis capitis τ
hmōi: in qb⁹ aliqñ eſt morta-
le aliqñ veniale. ¶ Si vſus vł
vſa eſt fucis: vł alijs ornamē
tis ad oſtentationē τ ianēglo
riā: ſi de hmōi ſupbiuit vł glo
riata ē: mortale eſt: ſi tātā de
lectatiōeꝫ hūit ad laudē τ glo
riā illā ꝙ nō curauit trāſgre-
di mandata dei τ eccłe. ¶ Si
vſus vel vſa ē fucis: τ alijs or
namētis ad inducēdū hoies
ad ſui ꝯcupiſcētiaꝫ ex mr̄imo
niū: mōtale ē idubitatū. ¶ Si
ita iordinate delectaṫ i hmōi
ita ꝙ ēt ſi ſciret hoies ex ſui
ornatu ſcādalizari. i. trahi ad
ſui ꝯcupiſcētiaꝫ nō curās de
ruina ꝓximi: mortale ē. ¶ Si
ad cōplacēdū viro ſuo: vel ad
inueniēdū viꝝ ſi eſt inupta: vł
ne deſpiciaṫ ab alijs vł ex ali
qua leuitate vſa eſt fucis: vel
alijs ornamēt̄ ſupfluis de ſe
nō ē mortale: ſꝫ poti⁹ veniale:
niſi hic ſit nōbilis exceſſus in
hmōi: vt poſſit iudicari de oc
caſiōe data alioꝝ ruine τ nō
tm̄ accepta qd eſt difficile iu-
dicare. ¶ Si hūit nimiā dili-

gentiam ⁊ ſtudium ⁊ tp̃s ad oꝛnandũ ſe: vel fecit exceſſum in poꝛtatura veſtiũ vltra ſuũ ſtatũ vel ↄditionẽ: vel nõ ſm moꝛeꝫ patrie: vel veſtibus nimis delicatis peccatum eſt.

¶De filiabus inaniſgloꝛie. Et primo de hypocriſi. c. iij.

SI ſimulauit ſctitatem hẽre per ieiuniũ: oꝛonẽ ⁊ hmõi cũ malus eẽt: ſi hoc egit ad ↄſequendã laudẽ humanã. ↄſtituẽs ibi fineꝫ moꝛtale eſt: al's vẽiale: niſi aliud vitiũ adiũgať. ¶ Si ſimulauit ſctitatẽ per hypocreſim intẽdẽs aliqd qd ſit ꝯ honoꝛẽ dei: vel vtilitatẽ ꝓximi: vt ſciare errõeſ: adipiſci idign⁹ eccľaſticã dignitatẽ: decipe. n. ꝓximũ tpaliter vel ſpũalr: moꝛtale eſt. ¶ Si ſimulauit ſctitatẽ exñs malus vt deť ei elemoſyne ſicẽ ſctõ viro: vľ ꝓcuratorib⁹ eccľaꝝ vt cerretani ⁊ ſimilia: moꝛtalr peccauit. ¶ Si ſimulauit maioꝛẽ ſctitatẽ q̃ꝫ habuit: vel occultauit ſuũ dfectũ ad edificationẽ ꝓximoꝝ: nõ ẽ pctm̃: vel leue: vel vẽiale ẽ: aut ſi hoc faẽ ob aliquã vanitatẽ vel inanẽgloꝛieꝫ: eſt veniale.

¶De iactantia.

Si laudauit ſeipm̃ de aliquo opere pcti moꝛtalis: moꝛtalis peccauit. Si ãt de ope veniali: venialiter peccauit q̃ꝫtũ eſt de ſe. ¶ Si laudauit ſe de aliquo ope bono: videlꝫ de virtute: de ſcia: de iduſtria: vel diuitijs vel potẽtijs ⁊ hmõi ex ſupbia ⁊ ianigloꝛia: moꝛtale eſt: vel veniale: ſꝫ radicẽ ipſi⁹ ſuperbie vel ianiſgloꝛie vñ ꝓcedit. ¶ Si laudauit ſe ↄtẽnẽdo alios: vt phariſeus publicanũ moꝛtale eſt. ¶ Si ãt ex aliq̃ leuitate vel vtilitate ↄſequẽda: veniale vel nullum eſt.

¶De ironia.

Si vilificauit ſe verbis vľ factis plus q̃ꝫ ſentiat in ſeipſo in mente: dicẽs aliqua mala de ſe: que in ſe nõ cognoſcit: veniale eſt ⁊ dicitur ironia.

¶De contentione.

Si qs ↄtẽdit aduerſus aliũ ꝯ veritatẽ ſciẽter in reb⁹ alicuius ipoꝛtãtie: moꝛtale eſt. Secus eſt in reb⁹ paruis ⁊ in aduertẽter. ¶ Si ↄtẽdit pꝛo veritate: ſꝫ nimis ioꝛdinate: cõiter eſt veniale: ſꝫ poſſet ibi eẽ tanta inoꝛdinatio q̃ rõne ſcãdali ſequentis: eſſet ibi moꝛtale.

¶De diſcoꝛdia.

Si hñs tractare aliq̃ cũ alijs in cõi nolit concoꝛdare cum

alijs de his que ordinanť ad honorē dei: vel primorū vtilitatem. ex eo ꝙ male afficiť ad eos: vel vt ostēdat ſe plus ſcire ꝗ̃ alij: mortale eſt. Sec⁹ ꝗ̃ ſi nō cōcordat: videlicet q2 ſibi videtur eſſe magis ſcdm deū ꝛ rōnē quod ipſe intendit: q2 tūc vel nō eſt peccatū. vel leue: niſi ſit nimis ptinax.

¶ De pertinacia.

Si fuit pertinax in ſentētijs ſuis: diſcrepās a cōi ceterorū conſilio vel iudicio: cōiter eſt veniale periculoſum tamen. ꝛ in ductiuum erroris.

¶ De ſingularitate nouitatū

Si fecit ſingularitates: vł nouitates in conuerſatione vite vel veſtib⁹: vel cerimonijs: vł alijs ad iuentionib⁹: peccatū eſt: ꝛ ſi ad inuenit aliquā malam conſuetudinē omnia ei imputantur.

¶ De inobedientia.

Si nō obediuit ſuperioribus ſuis ſpūalib⁹ vel tpalibus: legibus canonicis: vel ciuilib⁹ rōnabilibus: ꝛ ſi quidē tranſgrediť ſuperiorū ordinationeſ habētes vim pcepti: vt quando mandať ſeruari verbo vel ſcripto in virtute ſancte obediētie: vel ſub pena excōicatiōnis vel carceris: vel alijs penis grauib⁹: ꝛ hmōi equipollentijs peccauit mortaliter. In alijs vero ordinationib⁹ ſimpliciter factis tranſgrediē do: eſt veniale: niſi fiat ex contemptu: q2 tūc mortale quantūcunq3 leuibus.

¶ De gula ꝛ habet. c. iij. primum. c.

Gula eſt ſextū capitale vitiū: ꝛ iportat inordinatū appetitū ſeu delectationē circa cibū ꝛ potuz:

¶ Nō. v. ſpēs ſeu modos q cōtinenť in hoc verſu. Prepropere: laute: nimis: ardēter ſtudioſe. ¶ Si comedit vel bibit ex horā debitā ſine rōnabili cā ꝛ vrgēte. ¶ Si eſt vſus cibis vel potib⁹ lautis nimis i. delicatis vltra cōditionem ſui ſtatus. Aliter. n. decet comedere infirmū ꝗ̃ ſanū: ciuē ꝗ̃ ruſticū. ¶ Si comedit vel bibit in minima quātitate ſꝫ exigentiaz ſue complexionis. Quod. n. vni parū eſt: nimiū eſt alteri. Et plus comedere i die ieiunij ꝗ̃ altera die: nō eſt de ſe malū pro vna comeſtione. ¶ Si comedit vel bibit cū nimio ardore gule: ſeu cum nimia cōplacētia. contē-

tus magis ſatiſfacere delecta tioni gule:q̄ʒ neceſſitati ꝓui- dere. ¶ Si adhibuit vel adhi beri fecit nimiū ſtudiū ⁊ dili gētiam circa cibaria delicata preparādā: vt cū varijs ſapo ribꝰ ⁊ diuerſis mōis: ⁊ hmōi. In his oibus ſpēbus vel mo dis gule: tūc eſt mortale: quā do delectatio gule querit̄ vt fi nis paratꝰ facere ꝯtra prece- pta vt ſatiſfaciat delectationi gule: vel cuʒ comedit vſqʒ ad crapulā vel vomitū aduertē- ter ſicut fit a pleriſqʒ in car- niſpriuio: vel vtit̄ aliquo cibo ex quo veriſimiliter credit in currere magnā leſionē perſo ne. In alijs vero caſibus cōi ter eſt veniale. ¶ Si comedit carnes in q̄drageſima: vel in alijs ieiunijs eccleſie: vel in vj. feria aut in ſabbato per to tū ānuʒ niſi vrgēte cā neceſſi tatis vel infirmitatis: pecca- uit mortaliter ſi ſine conſilio medici. ¶ Si vſus eſt lactici- nijs tp̄e q̄drageſime ſine cā infirmitatis: ⁊ de cōſilio me- dici: peccauit mortaliter. In alijs vero ieiunijs: eccleſie ſer uari poteſt mos patrie: quan tū ad vſum lacticiniorū: qui mos ſi nō appareat tutiꝰ eſt abſtinere. De hac materia vi de in. ij. p̄te ſum. ti. vj. c. ij.

¶ De ebrietate. c. ij.

Si bibit vſqʒ ad ebrie- tatē aduertēs ſe nimiſ bibere: vel potentiā vi ni ſufficiētem ad inebriandū: vel de hoc dubitās ꝓbabili- ter: peccauit mortaliter. Secꝰ ſi ignorauit potentiaʒ vini vt Noe. ¶ Si fuit cā inebriatio nis alterius aduertēter indu cēdo ad nimiū potū vel ponē do ſal in vino: ⁊ hmōi: morta liter peccauit. Secus ſi fecit cā medicine. ¶ Si idurit ali- quē ad frāgēdū ieiuniū eccl'e ſine cā legitima ſuis ꝑſuaſio nibꝰ: peccauit mortal'r. ¶ Si indurit pueros: ⁊ iuuenes ad lābacitates ⁊ tabernas ⁊ hu- iuſmōi vt ꝑuertat ad turpia. ¶ Si frequētauit tabernā ſi ne cā rationabili: vel cōuiuia diſſoluta: peccatum eſt.

¶ De inſenſibilitate.

Si abſtiuit ſe nimis a cibo ⁊ potu ⁊ alijs neceſſarijs vite: ꝑp q̄ꝺ icurrit īfirmitatē: cōi- ter eſt veniale: niſi fiat notabi lis exceſſus: ⁊ addat̄ obſtina- tio ꝯ admonitōeſ i hmōi ꝺſe ctibꝰ: q̄ tūc videt̄ mortale rō ne periculi inde ſequentis.

¶ De filiabus gule ⁊ primo de ebetudine.c.iij.

Si ex fumoſitatibus in ordinate comeſtiōis ⁊ pot⁹:icurrit obſcurita- tem ſeu groſſiciem itellectus ⁊ ex hoc ineptitudinē legendi orandiq₃:eſt veniale cōiter.

¶ De loquacitate.

Si nimis locutus eſt:ſeu di- xit verba ocioſa ⁊ ſine neceſſi tate ⁊ rationabilitate:cōmu- niter eſt veniale.

De ſcurilitate.

Si fecit actus ſeu geſtus ior dinatos: ⁊ ſi ſint ꝓuocantes ad libidinē extra matrimoni um:eſt mortale. Si vero ad diſſolutionē vel leuitatē vt vē toſitatē ⁊ hmōi: veniale eſt.

De inepta leticia.

Si hūit ineptā leticiā ⁊ vanā i ludis ⁊ iocis: cōiter veniale eſt niſi addatur aliqḋ vitiuȝ.

De choreis.

Choree que fiūt cū iordinata leticia:ſunt mortalia quinque mōis. Primo cū fiūt ex li bidine. Scḋo cū fiūt in ec- cleſijs:qꝛ ſacrilegiū ē. Ter tio cū fiūt a clericis ⁊ religio ſis cū mulierib⁹rōne ſcādali. Quarto cum fiūt ex inani gloria vel vana leticia:tā inor dinata ꝙ ibi ꝯſtituatur finis. Quinto cū tales chorizan tes nō curāt de ſcādalo ꝓxi- mi:eſt mortale. In alijs āt ca ſibus:cōiter eſt veniale. Poſ ſet tamen quādoq₃ eſſe mor- tale:nec de facili de huiuſmo di poteſt dari iudicium.

De immundicia.

De imundicia que pt itelligi cū qs imunde comedit ⁊ eſſet veniale:pcipue ſi ex hoc ꝯtur bat alios:vel qꝛ vomitū facit. Et ſi hoc facit qꝛ nimium co medit vel vt auidi⁹comedat: pctm̄ eſt. Secus ſi cā medici ne. Vel pt itelligi de imundi tia pollutionis:que cū accidit in iſomnijs nō iputař ad pec catū:ſ₃ pcm̄ pt eē in cā ei⁹.ſ.ſi pceſſit ex crapula:vł turpi co gitatione pcedēti:vel ex negli gentia:vel ēt poſt vigiliā reco lens de ipa imundicia habi- ta in ſomnijs turpibus.delec- tař:⁊ ſi eſt ꝯſenſus rōnis de hmōi turpi delectatione: eſt mortale vel veniale:vel nullū ſi ex alleuatione nature.

De immundicia ſeu pollu tione procurata.

Nota ꝙ ſi qs quid agit hac intētione principalř. vt pollu tionē hēat:ſiue vigilando ſiue

dormiendo: mortaliter peccat etiam ſi facit cā ſanitatis. Si autem ipa pollutio etiaꝫ contingat in vigilia preter voluntatem ꝛ ſine procuratione non eſt mortale.

¶De luxuria ꝛ habet.c.ij.

Primum capitulum.

Luxuria eſt.vij.capitale vitiū. Sed qꝛ ſupra in p̄ceptis dcm̄ ē ſatis de ſpēbus eius in opere:ac ēt in cogitatione iō illis ommiſſis:videnduꝫ eſt de quibuſdā alijs ꝑtinentibꝰ ad ipſaꝫ luxuriā ꝛ delectationē moroſam: ꝛ primo. Si tetigit aliqueꝫ vel aliquā vel oſculatus eſt libidinoſe extra ꝯiugiū: mortaliter peccauit:ēt ſi non ſequit̄ turpis actus. Nā talia exercitia in opere ipſo pro vno peccato hn̄tur cuꝫ opere ipō: ſed tāto grauius quāto in hmōi ꝯcurrunt plura. Si āt fiāt diuerſis tēporibꝰ: diuerſa ſunt peccata. Si ſcripſit lr̄as vel portauit:vel miſit:vel recepit cōtinētes amatoria ꝛ ꝓuocātia ad laſciuiam aduertenter mortaliter peccauit. Si fecit cātationes:vel cātauit vel legit:vel audiuit verba laſciuia: vel turpia delectabiliter ad ꝓuocāduꝫ ſe vel alios ad laſciuiā:mortale eſt. Si aſſociauit aliquē queꝫ ſciuit ire ad ꝑcādum.vel turpiter agēduꝫ:vel ad faciēdū ſerenatas vl' matutinatas:peccauit mōtaliter. Si fuit mediator inter aliquos ad hmōi turpia: vel poſuit aliquos mediatores inter ſe ꝛ inter alios ꝛ huiuſmodi:peccauit mortaliter. Item ſi recepit enſeniuꝫ: vel donum quodcunqꝫ:vel miſit ex amore libidinis.

De delectatione moroſa.

De delectatione moroſa: qđ vitium reperitur in tepidis ꝛ multū negligentibꝰ. Nā feruidi ſubito cogitationes expellunt noxias:ꝛ frigidi:deſiderijs operis acquieſcunt.

Si habuit cogitatiōes immundas ꝛ carnales in quibus trahit moram poſtq̄ꝫ ratione perpendit propter delectationem ipſam cogitandi huiuſmodi:peccauit mortaliter. Non ſoluꝫ quando quis cogitationibus luxurie ratione conſenſit.deliberans facere malum ſi adeſſet commoditas:ſꝫ etiam nolendo opus ꝑpetrare:ſed non curando ipſas cogitatōes libidinoſas ex

pellere poſtq̄ȝ perpendit: ſed in eis voluntarie imorando: peccauit mortaliter: Hec vi de in.ij.pte ſum.ti.v.c.j.§.v.

¶De filiabus luxurie.c.ij.

De filiabus luxurie de quib⁹ nō oportet multū iterrogare q2 difficile eſt intelligere niſi cū mixtura alioꝝ vitioꝝ.⁊ prima eſt cecitas mentis.

¶De cecitate mētis.

Si fuit ita mēte occupat⁹ circa mūdana ⁊ carnalia:q2 neſciuit de deo cogitare vel de rebus ſpiritualibus.

¶De precipitatione.

Si fuit p̄ceps ⁊ ſubitus i opibus ſuis ſine cōſilio ⁊ examinatione mētis debita: agēs.

¶De inconſideratione.

Si fuit icautus in factis ſuis non bene iudicans circa occurrentia.

¶De inconſtantia.

Si in eo qđ deliberauit boni agere:fuit incōſtans ⁊ mutabilis ex paſſione.

¶De amore ſui.

Si nimis ſeipſum dilexit q̄rēdo corporis delectationes ⁊ cōmoditateȝ ⁊ huiuſmodi.

¶De odio dei.

Si habuit deū vel legeȝ eius in diſplicentia:quia prohibet concupiſcentias ⁊ huiuſmōi.

¶De amore vite p̄ntis.

Si nimis amauit vitā iſtaȝ p̄ntem pp voluptates carnis qbus eſt deditus: Ita amarē vitā p̄ntē q2 aliquis vellet hic ppetuari:ſm pe.eſt mortale.

¶De horrore futuri ſeculi.

Si horrorē hūit ad vitā futurā.De alijs vero q̄ ptinēt ad vitium luxurie ⁊ circa coniugiū:vide infra in.iij.pte interrogatorij in.c.de coniugatis.

¶De ſupbia ⁊ habȝ.c.ij.c.f.

Superbia ſcđm Gregoriū:eſt regina oīum capitaliū vitiorūȝ:⁊ eſt vitiū multū ſubtile ⁊ difficile ad cognoſcenduȝ:⁊ cōſiſtit in appetitu inordinato ꝓprie excellētie:⁊ hēt q̄ttuor ſpēs ſiue mōs de quibus potes interrogare ꝓut videbiſ expedire ſi tñ penitēs intelligat.¶Si bona naturalia ſpiritualia:vł tēporalia que hūit.ſibi attribuit:⁊ a deo nō recognouit.

¶Si bona ipſa a deo recognoſcēs:meritis ſuis pricipaliter ſe accepiſſe eſtimauit:videlicet pp ſua ieiunia:oroneſ ⁊ hmōi.¶Si ea bōa que nō hūit ſibi attribuit:vel pluſq̄ȝ

habuit cum exiſtimat ſe ha-
bere multũ hũilitatis:charita
tis:patiẽtie:ꝛ hmõi cum non
hẽt. ¶ Si reputauit ſe melio-
rẽ eſſe ceteris:alios ꝯtẽnens:
in quolibꝫ hoꝝ modoꝛuꝫ po-
teſt eẽ moꝛtale vel veniale ſꝫ
ꝙ ratione cõſentitur vel nõ.
Vide diffuſius hãc materiã
in.ij.parte.ſum.ti.iij.c.i.

¶ De filiabus ſuperbie.c.ij.ꝛ
primo de deriſione.

De deriſiõe que aliqñ
ꝓcedit ex ſupbia. ¶ Si
irriſit ſacra ꝛ alia diui
na.vilipẽdens ea:aut ſctõs vi
ros:aut ꝑlatos aut deo ſerui
re volẽtes:vt ſic retrahat eos
peccauit moꝛtaliter. ¶ Si irri
ſit aliquẽ intẽdẽs ex hoc iniu
riã vel vilificationẽ vel nota-
bilem ꝑturbationẽ eius:moꝛ
taliter peccauit:ſed ſi ex leuita
te vel cauſa ioci ſecus.

¶ De ãbitiõe que ꝓcedit ex
ſupbia:ꝛ importat inoꝛdinatuꝫ
appetitũ honoꝛis:ꝛ multũ re
perit in ꝑlatis ꝛ dñis. ¶ Si
deſiderauit aliquam dignita
tẽ:vel bñficiũ curatũ:rõne de
liberata:ꝑncipaliter pp hono
rẽ vel dignitatẽ vel vtilitateꝫ
tẽpoꝛalẽ:peccauit moꝛtaliter.
¶ Si deſiderauit dignitateꝫ
vel beneficiuꝫ eccleſiaſticum
vel ſeculare ad qđ eſt idign⁹
vel incpt⁹:videlicet qꝛ crimi-
noſus ꝛ hmõi peccauit moꝛ-
taliter. ¶ Si deſiderauit vel
q̃ſiuit ad hmõi ꝓuenire.etiaꝫ
faciendo ꝯtra ꝓcepta:moꝛta-
le eſt. ¶ Si q̃ſiuit honoꝛeꝫ de
q̃cũqꝫ re ita inoꝛdinate ꝙ ibi
cõſtituat finẽ:moꝛtale eſt. In
aliis vero caſibus vł veniale.

¶ De preſumptione.

Preſumptio que ꝓcedit ex
ſupbia:conſiſtit in hoc ꝙ hõ
ponit ſe ad ea que ſunt ſupꝛa
vires ſuas:vel nõ ꝑtinent ad
cõditionẽ ſuã:vt ſecularis ad
iudicãdũ clericos: vł eos qui
nõ ſunt ſibi ſubiecti vł de his
de qbus nõ hꝫ ptãtem:pecca
uit moꝛtaliter. De ꝑſumptio
ne vide in.ij.pte ſum.tit.iij.c.
v.ꝛ.vi. ¶ Si poſuit ſe ad faciẽ
dũ ea exercitia ad q̃ non erat
apt⁹:vñ ꝑt ſeq ſpũale vł tpale
dãnũ alteri:vt medic⁹ ignar⁹
medicine vł aduocat⁹ ignar⁹
ad aduocãdũ:iudex ad iudicã
dũ:ꝯfeſſoꝛ ad audiẽdũ ꝯfeſſi
ones ꝛ hmõi peccauit moꝛta
liter. Sec⁹ aũt ſi cõpetẽter in
arte illa ꝑitus erat. ¶ Si ꝑſu
mens de virtute ſua:expoſuit
ſe ꝑiculis pctõꝝ:vt vadẽs ad

loca inhoneſta: vel frequẽtãs ↄuerſationẽ mulierũ leuiũ ⁊ hmõi: vbi de facili põt labi i mortali pctõ: mortale videt̃.
Si nimis de ſe p̃ſumens nõ ꝓuidet neceſſitatibus vel periculis occurrentib⁹ ſpũali bus vel tpalibus expectãs ef fectũ miraculoſuʒ a deo.ſ. vt cũ ſanet ĩfirmuʒ ſine medico ⁊ medicinis: vel miniſtret ei cibum ſine labore: eſt morta le: ⁊ dicitur tentare deum.
De temeraria iudicatiõe.
Si facta alterius que dubia ſunt quo aĩo fiãt i malã ptẽ i terp̃tatus ẽ: ſeu iudicauit: ⁊ ſi ne ſignis ſufficiẽtib⁹ indicãti b⁹ maliciam alteri⁹: delibera te iudicauit aliquem de pec cato mortali: mortalr̃ pecca uit. Si vero iudicauit de vẽi ali venialiter peccauit. Ideʒ ſi iudicauit de mortali: ſed non deliberato animo.
¶ De curioſitate.
Si fuit curioſus circa cogni tionẽ ĩtellectiuã vt q̃rẽdo ſcir̃ q̃ ſũt ſupra capacitatẽ ſuã. videlicet de trinitate: de p̃de ſtinatiõe: vel q̃rẽdo ſcire a q b⁹ nõ dẽt: vt a demonijs. vel p ſortes. vl̃ q̃rẽdo ſcire paruʒ vtilia: ⁊ dimittẽdo magis ne ceſſaria: vel querẽdo ſcire ſo lũ ad ſciẽdũ. ⁊ nõ ad deuʒ co gnoſcẽdũ. vel ad aliquã vtili tatẽ: peccatũ eſt: qñqʒ morta le: qñqʒ veniale. ¶ Si fuit cu rioſus circa vſus ſenſuum.ſ. oculis aſpiciẽdo: aurib⁹ audiẽ do: narib⁹ ad odorãdũ: guſtu ad guſtãdũ: tactu ad tãgẽdũ ſine neceſſitate vl̃ vtilitate: ſʒ ſolũ delectatiõe ſenſuali: pec catũ eſt cõiter veniale: ⁊ qñqʒ p̃t eẽ mortale i.ij.p.ſum. t.iij. c.vij.§.xij. ¶ Si reperit ſe in ſpectaculis ad videndũ. vt tor neamẽta: paleſtra: currere ad brauiũ ⁊ hmõi: nam ſi in hoc ſit periculũ mortiſ ſpũalis vl̃ tpalis: vt qñ ſũt ſpectacula re p̃ñtatiua turpitudinẽ: vel cuʒ põt recipere notabilẽ leſionẽ corporis: eſt mortale ⁊ multo magis in exercẽte ⁊ p̃bẽte oc caſionẽ in hmõi ſpectaculis: alias eſt veniale: niſi ꝑꝑ hoc aliqs ita delectat̃ ꝙ mẽs ei⁹ auerteret̃ a deo: ita videlicet ꝙ paratus eẽt trãſgredi mã data dei ⁊ eccleſie vt illa aſpi ceret vel faceret: ⁊ hoc idẽ in telligo de quocunqʒ pctõ qd̃ de ſe eſt vẽiale: quia per hũc moduʒ poteſt effici mortale.
¶ De ingratitudine.

Jngratitudo reperit̃ i oi pctõ
mortali:ſed vt circũſtãtia ag
grauãs ipſuʒ:qꝛ vbi hõ debʒ
ſemꝑ ſuire deo:euʒ offendit.
Eſt ẽt vnuʒ ſpeciale pctm̃ in
quãtũ.ſ.recipiens beneficia a
deo vel ab hoie:ea non reco
gnoſcit:recogitat:ꝛ regratiat̃
ꝛ recõpẽſat:vł ꝙ pei⁹ ẽ i mẽte
vilipendit:bñficia recepta.vel
murmurat de eis:vel iniuria
tur bñfactori.Cõiter ãt repe-
ritur mixtũ cũ aliquo genere
pcti:qñqꝫ mõtali qñqꝫ vẽiali

¶De ſcandalo.

De ſcãdalo ꝙ qñqꝫ nõ ẽ pec
catũ ſpãle:ſʒ circunſtantia ag
grauãs pctm̃.iquãtũ videlicʒ
ex dicto vel facto alteri⁹ non
recto:dat̃ alteri occaſio ruine
ſpũalis:ꝛ hoc ẽ ſcãdalũ:ꝛ ſi h
nõ itẽdat eſt circũſtantia ag
grauãs pctm̃ ꝛ nõ mutãſ ſpe
ciẽ:vñ ẽ neceſſaria ꝯfiteri qñ
ẽ tale gd veriſimiliter trahẽs
ad ruinã peccati mortalis: ꝛ
ꝑcipue cum hoc ſequit̃ Tho.
ſa ſe.q.xxxiiij.Si ãt hoc intẽ
dat.ſ.ducere aliquẽ ex dicto
vel facto ſuo ad aliquã ruinã
eſt mortale ꝛ ſpãle pctm̃:ſi in
tendat inducere ad mortale:
alias veniale.De hoc vide i
ij.parte.ſumme ti.vij.c.iiij.

¶De adulatione.

Adulatio q̃ cõiter eſt ſcãdali
zatiua ꝛ ꝯſiſtit in h ꝙ qs ver
bis vel factis ſuis iordiate q̃
rit placere alijſ ad beniuolẽti
aʒ captãdã.Et ſi i malo adu
lat⁹ ẽ criminali: puta laudãs
aliquẽ de vidicta facta:vł tur
pitudine ꝛ hmõi eſt mortale.
¶Si adulat̃ vł laudat aliquẽ
itẽdẽs eũ dcipere notabilr̃ i
tẽporalib⁹ vel ſpũalib⁹ ẽ mor
tale.Sec⁹ ſi aligd iuſtũ itẽdit
ab eo hẽre vel gd paruũ reci
pere ꝑ modũ doni vt hiſtrio
nes.¶Si nimis laudauit ali
quẽ ex quo ille ſũpſit occaſio
nẽ ſupbie.vł inaniſglorie:cõi
ter ẽ veniale:põt eẽ aliquãdo
mortale.¶Si vero laudauit
aliquẽ ad excitãduʒ cum ma
gis ad virtutẽ.vel ad cõfortã
dũ eũ i tribulatõib⁹:ꝛ tẽtatio
nibus ꝛ obſeruatis debitis
circunſtãtijs:eſt virtuoſuʒ ꝛ
meritorium:alias veniale.

¶De blaſphemia in ſpirituʒ
ſanctum.

De blaſphemia i ſpiritũ ſan
ctũ q̃ ꝓcedit ex malicia:videli
cet iquãtũ qs cõtẽnit vł refu
git ea cogitare mẽti occurrẽ
tia:ꝑ que poſſʒ retrahi a pctõ
ꝛ habet ſex ſpẽs.ſ. Preſum-

ptio. Deſperatio. Inuidentia frñe grẽ. Impugnatio virtutis agnite. Obſtinatio. Impenitētia. De his Xo iterrogādū eſt ꝓut videt̃: ⁊ cōiter: nō reperitur niſi in multum ſceleratis. Preſumptio autē dicit̃ hic: cū quiſ preſumit de dei miſericordia exiſtimāſ ꝙ parcat ſibi ab bn̄placitū ſuuz vel ꝙ ſaluet eū perſeuerātez in pctō. Deſperatio aūt cū credit deū nō poſſe nec velle ſibi parcere: ēt penitēti vl̃ volenti ſaluari. Impugnatio veritatis agnite dicit̃: cuz qs ꝯdicit veritati fidei quam nouit. Inuidentia frñe gratie eſt: cū dolet quis ꝺ grã dei ⁊ gloria creſcēte in hominib⁹.

Obſtinatio: ꝯfirmat volūtatem ſuaz in pctis cōmiſſis.

Impenitētia aūt dicit̃ cuz quis proponit firmiter etiam in futurum non penitere.

De ſciſmate.

Hoc peccatuz cōmittit̃ cum qs recedit ab obediētia Romane eccleſie ſumēs ſibi aliud caput: vel ſequēs aliquez canonice nō electū: ⁊ ſemper eſt mortale ⁊ excōicatio ꝯtra tales: niſi forte cū eſſent duo quoꝝ quilibet hētur pro ſummo pōtifice a ſuis ſequacib⁹: ⁊ neſcitur clare qs ſit canonice elect⁹. In hoc.n. videnſ populi excuſari ſi nō ſunt pertinaces ſed parati illi adherere quem ſciēt vere eſſe electum canonice. Si initit̃ ordinationibus vel alienationibus factis a ſciſmaticis excōmūicat⁹ eſt. Extra de ſciſma. c. i.

De infidelitate paganorū ⁊ hereticorum.

De infidelitate paganoꝝ: hereticoꝝ: vel iudeoꝝ: quoꝝ qꝺlibet eſt grauiſſimū peccatū: ducens ad dānationē. Non opz hic dicere inter hos. Soli.n. heretici ſunt excōicati: ſz ⁊ cū alijs ꝓcipue iudeis non debet hēri domeſtica ꝯuerſatio: ⁊ precipue idiote. Potes circa hmōi iterrogare ꝓut tibi vr̃. ſ. ſi habuit aliqꝺ dubiū in hiſ qui ſunt fidei: videlz de ſacr̃o altaris ⁊ hmōi. Et ſi ꝺ h hēt diſplicentiam: nō ē curandū. Si autē voluntarie ⁊ ſponte dubitat: eſſet mortale. Hereticus quidē eſt excōicatus: ⁊ nō pōt abſolui citra ſedem apoſtolicā: vt pz in ꝓceſſu curie. Itē receptor: credēs: vel fautor hereticoꝝ: eſt excōicat⁹: ex̃ de here. c. qcūqz li. vj.

¶ Incipit tertia ⁊ vltima ps
interrogatorij: in qua tractat
de modo interrogandi ſta-
tus diuerſarum perſonaruꝫ:
⁊ habet.xvij.capitula.

¶ De ꝯiugatis capl'ꝫ primū.

N   Unc vero formā
de ſunt interroga-
tióes princētes nō
ad oēs ſed ſolum
ad quoſdā ſtatus hoium. Et
primo ad ꝯiugatos. Interro
gandi ſunt nō oēs de oibus:
ſꝫ pro vt videt. ¶ Si de fac-
to ꝯtrerūt in aliquo caſu ꝓhi
bito: mortale eſt qꝛ ꝯtra ꝓhi
bitionem: niſi ignorātia facti
probabilis eos excuſaret. Sꝫ
eſt ſciēdū ꝙ ſunt q̄dā impedi
mēta que ipediūt matrimoni
um ꝯhendū: ⁊ dirimunt iam
ꝯtrum qꝛ nulluꝫ eſt: qđ itelli
gendū ē qñ dicta ipedimēta
prius iter eos inueniūt q̄ꝫ ſit
ꝯtractū matrimoniū: ⁊ ea cō
tinent in iſtis verſibus. ¶ Er
ror: ꝯditio: votū: cognatio: cri
mē. Cultus diſparitas: vis: or
do: ligamen: honeſtas. Si ſis
affinis ſi forte coire nequibis
Nec aſſociāda vetant. cōnu-
bia ſcā retractāt. ¶ Pro ho-
ruꝫ aliquali breuiſſima decla
ratione. nō ꝙ error intelligit
de perſona nō de fortuna vl'
bonitate: cuꝫ. ſ. quis ꝯhit cum
Berta credēs eē Chaterinā
cum qua. ſ. intendebat ꝯhere.
¶ Conditio intelligit de cōdi
tione ſeruili. ſ. cū quis ꝯhit cū
ſerua credens eā eſſe liberaꝫ.
Nam ſi liber: ꝯhit ſciēter cū
ſerua tenet matrimoniū: ⁊ ſi
militer ſi ꝯhit ſuus cū libera
credens eſſe ſeruā. Idē videt
ſi ſeruus cū ſua. licet credere
tur eſſe libera. ¶ Votū. ſ. ſolē
ne per ꝓfeſſionē tacitā vel ex
preſſaꝫ alicui religioni appro
bate: talis etiā eſſet excōicat'.
¶ Cognatio que eſt triplex. ſ.
naturalis: ſpūalis ⁊ legalis.
¶ Naturalis dicit ꝯſangui-
nitas: ⁊ hec hēt tres lineas. ſ.
aſcēdētiū: vt pr̄ ⁊ au' ⁊ hmōi
deſcendentiū vt fili' nepos ⁊
hmōi: collateraliuꝫ. vt frēs ſo
rores ⁊ hmōi: ⁊ hēt q̄libet li-
nea q̄tuor grad' ⁊ excluſiue
ꝑcipue collaterales. Nā iter
aſcendētes ⁊ deſcēdentes vr
eſſe ꝑpetua ꝓhibitio. Hic eſt
etiam excōicatio. ¶ Cognatō
ſpūalis hꝫ etiā tres gradus: ⁊
ꝯhit i baptiſmo ⁊ ꝯfirmatio
ne. ¶ Prim' eſt iter tenenteꝫ
ad baptiſmū vel ꝯfirmationē
⁊ eam perſonā que tenet que

dicitur paternitas vel filiatio. ¶ Secūdus eſt inter patrē et matrē carnalem ei⁹ qui tenet et eū qui tenet cū vxore ei⁹: et dicit cōpaternitas. ¶ Tertius eſt inter filios nāles eius qui tenet: et illā que tenet: et dicitur fraternitas. ¶ Cognatio tertia. ſ. legalis q̄ fit per adoptionē: hēt tres lineas vel gradus. ¶ Primus eſt īter ipm adoptantē et filiā quā adoptauit: ac ēt filiā ipſius adoptati. ¶ Secūdus eſt inter vxorem adoptantis: et ipm adoptatū: ac etiā vxorē adoptati: et ipm adoptantē. ¶ Terti⁹ eſt inter filios nāles et legitimos adoptātis: et ipm adoptatū: et hoc tm̄ cum ipſi filij ſunt in poteſtate patris. ¶ Crimē Iſtud qd̄ hēt dirimere ɔtcuz et impedire ɔhēdo: intelligitur tm̄ de duob⁹ criminib⁹. ¶ Primum eſt qꝫ cū mulier machinatur cū effectu in mortē vxoris alteri⁹: vt hēat illum in virum. vel ecōtra. vir in mortez alterius viri vt hēat illam in vxorē ꝛc. ¶ Secūdū: cū quis dat fidez alicui ɔiugate ducere eam in vxorē poſt viri ſui mortez: et cum iſta ꝑmiſſione ſequitur adulteriū. ¶ Cultus diſparitas: vt ſi fidelis cōtrahat cū iudea vel pagana permanēte in infidelitate. Secus ſi ɔtraheret cū heretica: nam tunc tenet: ſz cohabitare non debēt ſi eſſet ei ꝑiculuz incurrendi in hereſim: et peccauit mortaliter ɔtrahēs cum tali. ¶ Vis: violētia. ſ. abſoluta impedit et dirimit: et ſiſr violētia per metū qui pōt cadere incōſtantē virū. et ɔtinetur in hoc verſu. ¶ Stupri: atqꝫ ſtat⁹ verberis atqꝫ necis: niſi poſtea de inuito efficiat voluntari⁹. ¶ Ordo intelligit de ordine ſacro. i. ſubdiaconatu et ſupra et talis ɔhens eſſet excōicat⁹. Greci in ſacris: vti pn̄t ɔtracto. ſz nō poſſunt ɔher. ¶ Ligamen. i. ſi ſit alteri ligat⁹ per ɔiugiuz: ēt per verba de pn̄ti nondū ɔſumatū: nā talis nullo mō pōt alteri mr̄imonialr copulari: niſi ille cū quo ɔtrerat ꝓfiteat in aliqua religiōe. Et ſi recederet vnus cōiugū ita qꝫ per multos āños alter nihil audiret de eo: nō licz alteri ɔhere. niſi ſciret de morte ei⁹. ¶ Honeſtas. i. publice honeſtatis iuſtitia que orit ex ſponſalib⁹ ɔctis cū aliqua: cū qua poſtea nō ſeqtur matri-

monium propter mortez vel aliam cām. Ita ꝗ̄ cū nulla cō-ſanguinea illi⁹ vſqꝫ ad quar-tuꝫ gradū ꝯhere pōt. ¶ Affi-nitas: eſt ꝓximitas que ꝯhi-tur per euꝫ qui duxit vxorē: ⁊ oēs ꝯſanguineos vxoris vſ-qꝫ ad quartū gradū: ⁊ vxorē ipſam ⁊ oēs ꝯſanguineos vi-ri ei⁹ vſqꝫ ad quartū graduꝫ nec illa mulier pōt ꝯhere cuꝫ aliq̄. ¶ Et nota ꝙ affinitas ꝯtrahitur etiā per fornicariū coituꝫ: ita ꝙ ille qui fornicaꝛ cuꝫ aliqua nō pōt ꝯhere ma-trimoniū cuꝫ ꝯſanguinea ali-qua ei⁹ vſqꝫ ad quartū gradū neqꝫ illa mulier p̄t ꝯhere cū aliquo ꝯſanguineo fornicātiſ cum ipſa: vſqꝫ ad quartū gra-duꝫ: ⁊ ſciēter ꝯhens in hm̄oi gradib⁹ affinitatis ex excōica-tuſ. Itē nota ſicut dixit Pe. de pal. ſuperi⁹ ſol. xv. in p̄ma colū. ꝙ inceſtus qui cōmittiꝛ a pueris nō hn̄tibus vſuꝫ ra-tionis: nō eſt ꝺ reſuatis epiſ-copis. nec ꝑꝑ h̄ tollitur virgi-nitas nec cauſatur affinitas. Nec ille in. iiij. di. xxxiij. q. ij. ar. i. ꝯclone. ij. ¶ Si forte coi-re neq̄bis. ¶ In potētia exer-cendi actū cōiugaleꝫ que pōt ꝓuenire: vel ex frigiditate na-

turali: vel ex maleficio vel in diſpoſitione mēbri genitalis viri: vel mulieris. De his oī-bus impedimētis habes ple-ne i. iij. pte ſum. ti. i. c. ij. ¶ Sꝫ nota ꝙ nō opꝫ nec expedit in-terrogare oēs ꝯiugatos ſigil-latim de his impedimentis ſꝫ de illis tantū de quib⁹ poſ-ſit p̄ſumptio hēri: ⁊ p̄cipue ꝺ ipedimēto cris: vl̄ cognatiōiſ vel publice honeſtatiſ: ſꝫ mul-tomagis de affinitate. ¶ Si tn̄ qs cognoſceret ꝯſanguine-am ei⁹ cū qua iā ꝯxit per ver-ba ꝺ p̄nti ⁊ multomagiſ ſi iā ꝯſumauit matrimoniū: mr̄i-moniū quidē tale nō diuidiꝛ ſed amittit ius petēdi debitū ita qꝺ petere nō poteſt abſqꝫ mortali petō. Teneꝛ tn̄ redde-re exactus. Idem de muliere que pmittit ſe cognoſci a cō-ſanguineo viri ſui. ¶ Siuero anteq̄ꝫ ꝯxit p̱ verba de p̄nti cū aliq̄: cognouit ꝯſanguineā ei⁹ ita ꝙ ſemē emiſit itra clau-ſtra pudoris: nō p̄t hēre illaꝫ ⁊ ſi iā ꝯſumaſſet cū illa. nō te-net mr̄imoniū: nec in hoc po-teſt diſpenſari cū illa niſi per papaꝫ. Unde ante diſpēſati-oneꝫ ſemp̱ peccat mortaliter exigēs ⁊ reddēs debitū ſciēs

dictum impedimentū. Alter vero ꝯiugū neſciens excuſat de pctō ex ignorātia facti ꝓbabilis. De his ⁊ oīb⁹ alijs qñ caſuſ occurrit: vide pleni⁹ in ſummis. ¶ Si ꝯtrit matrimoniū clādeſtine: qꝛ mortale eſt. ꝓpter ꝓhibitionē eccleſie. ¶ Si habēs votū ſimplex cōtinentie ꝯtrit mrīmoniū: peccauit mortaliter: niſi ſit diſpēſatus a papa pri⁹: ⁊ tenet adimplere votū vſqꝫ ad ꝯſumationē matrimonij. Naꝫ ipſo ꝯſumato. impotēs ſit ad implenduꝫ: ⁊ exactus oīno tenet reddere exp̄ſſe vel interp̄tati ue petēti: ſꝫ exigere nō pōt ſine diſpēſatione: aliter peccat mortaliter. ¶ Si ꝯtrit cuꝫ aliqua: vel mulier cū aliquo per verba de futuro: ⁊ poſt matrimoniū cuꝫ aliqua ꝯtrit vel de futuro vel de p̄ſenti: mortaliter peccauit pp fractā fidē: niſi de cōi ꝯſenſu mutuo ſe abſoluerint: qđ fieri dꝫ per iudiciuꝫ eccleſie. Vel niſi aliqs ſeptem caſuū ſupuenerit: qb⁹ ſolui pñt ſpōſalia quos hēs in ſummis: videlꝫ i.iij.p.ſum. ti.i.c.xviij.in.iiij.colū. Diffuſi us in ſumma. Hoſti.ti.iiij.de ſpō.⁊ ma.vij.colū. ¶ Si poſt matrimonium ꝯtractum per verba de preſenti: ꝯtrit cū aliqua mortaliter peccauit: nec tenet matrimoniū etiā ſi eēt ꝯſumatum: ⁊ filios genuiſſet ſed opꝫ redire ad primuꝫ niſi ille cū quo pri⁹ ꝯtum eſt ingreſſus eſſet religionē ibideꝫ ꝓfeſſus: vel niſi cuꝫ eo papa diſpēſaſſet in ſcđo: in quo tñ ſm theologos diſpēſare non pōt. Sed qꝛ difficile eſt diſputare de ptāte pape ſi ſine ſurreptiōe obtēta eſt: forſitā trāſiri pōt. ¶ Si ꝯtrit matrimoniū: vel filios vel filias iunxit matrimonio ante etatē legitimam: qꝛ ꝓhibitū eſt. ¶ Etas autē legitima ſm iura. eſt in duodecimo āno ſi eſt femina in q̄rtodecimo ſi ē maſculus ſ. ad ꝯhēdū per verba de preſenti. ⁊ ad ꝯſumandū matrimoniū. ¶ Si ꝯſumauit mrīmoniū āte bñdictionē nuptiarū: eſt mortale: vbi. ſ. ꝯſuetuꝫ eſt bñdici nuptias: qꝛ contra ꝓhibitionem eccleſie. Et hic aduertēdū eſt q̄ꝫuis ſpōſi nō ꝯſumēt matrimoniū cū ſpōſis añ bñdictioneꝫ in multis tñ locis multas turpitudineſ ⁊ corruptelas faciūt cū eis: illas viſitādo: vñ interrogādū

eſt de his vbi iſta reperiunt. De hoc vide.p.de pal.in.iiij. di.xxxij.q.i.ar.iiij.i.ij.iij.z.iiij. ↄcluſiōe. ¶ Si celebrauit nu ptias tpe ꝓhibito ab eccl'a:qꝛ mortale eſt. ¶ Tēpora āt pro hibita ſunt iſta.ſ.ab aduētu vſ qȝ ad epiphaniā:z a ſeptua geſima vſqȝ ad octauā paſce: z a trib⁹ dieb⁹ añ aſcēſionez vſqȝ ad octauā pēt.excluſiue.

¶ De actu coniugali z pecca tis cōmiſſis in eodem.

Sciendū eſt ꝙ in actu hoc ↄiugali aliqua fi unt vbi ē dubiū vtruȝ ſint mortalia an venialia Ali qua vero ſunt que ſunt mani feſte mortalia. Aliqua in qb⁹ eſt veniale. Aliqua in quibus nullū peccatū eſt. ¶ Primo quidē mortale eſt:ſi exerceat talis actus ex vas debitū.vel etiā ſi intra vas debitū:tñ nō ſuſcipit ſemē ad euitandū ge neratiōez. ¶ Si ex tactib⁹ im pudicis ex actuȝ matrimonij ſequit pollutio in altero ipſo rū. ¶ Si exercēs actū ↄiuga lem:hēt appetitū deliberatuȝ ad aliā. ¶ Si ſe hēt ad eā ita inordinato affectu in actu cō iugali:ꝙ ſi nō eſſet vxor eius etiā opus carnale ageret cū il la vl' alia. Difficile tñ eſt hoc diſcernere z cognoſcē. ¶ Si alter alteri oino exigēti dene gat dbitū ſine cā legitima:pp qd exigēs incurrit incōtinen tiā vel graue ſcandalū. Eſſet aūt cā legitima:ſi notabiliter timeret notabile nocumentū perſone:vel ↄiugis:vl' prolis in vtero:vl' qꝛ ex adulterio cō miſſo ꝑdidit ius petēdi debi tum:vel ēt ſi in loco ſacro pe teret:qꝛ ſic locus violaret.vel etiā in publico:qꝛ ↄtra debi tam honeſtatē. Nō eſt aūt le gitima cā oino denegādi de bitū petēti in die ieiunioꝝ vel feſtoꝝ ſolēniū:vel ira quā ha bent ad inuicez per paꝝ tēp⁹.

¶ Dubiū de mortali qñ qdē ſeruat vas debitū ſȝ modus indebit⁹:puta ſi lateraliter:vl' a parte poſteriori accedat ad vas debitū:vel mulier ſuper grediat vir:in quib⁹ modis:z precipue in vltimo.aliq dicūt eſſe mortale vide Pe.de pa. di.xxxj.q.iij.ar.ij.ↄcluſione.v. Alij vero vt Tho. z Alb.di cūt ꝙ nō eſt mortale de ſe:ſȝ pōt eſſe ſignū mōtalis ↄcupi ſcētie:nec per hoc impedit ge neratio z ſi nō ita apte ꝓcu ret:vñ in hmōi.noli ꝑcipitar

ſententiam:nec denegare ab ſolutionē ꝑſeuerāti in hmōi ſed deteſteris ⁊ ꝓhibeas quā tūꝫ potes. Qn̄ vero hoc etiā fieret p̄mo ⁊ ſc̄do mō ꝓpter periculum aborſus:forte tūc eſſet ſine pctō. ¶ Dubiū etiā de mortali eſt tēpore mēſtruorū:⁊ p̄cipue in exigēte ſciente talem defectū:quē qdā ponunt eſſe mortale: p̄cipue qn̄ nō eſt quaſi cōtinuus ſꝫ conſuetus vt mēſatim. Alij dicūt ꝯtrariū:vt Pe. d̄ pal. ⁊ hec opinio eſt cōior:vnde nec ꝓpter hoc deneges abſolutionē ſꝫ ꝓhibeas q̄tū potes de exactione:⁊ exactū admoneas: vt nō aſſentiat exigēti.niſi ex hoc timeat de ei⁹ icontinentia. ¶ Dubiū eſt ēt de exigēte debitū a cōiuge ꝑmanēte in adulterio:ſiue occulto:ſiue manifeſto quod ipſe nouit. Hoc quidā dicūt eſſe mortale in exigēte:qꝛ facit contra ꝯſtitutionē eccleſie:vt no.xxxij.q.i.c. Si qs vxorē:⁊ hoc firmat̄ i ſumma piſana. Sed i ſumma ꝯfeſſorū ⁊ archidiaconus i roſario:mitigāt hūc rigorē excipiētes caſum : vꝫ hoc cū faceret exigēs:ad ꝓuidendū icontinentie ſue. Sed Pe. de pal. multomagis mitigat hūc rigorē:vt cū nō ſperat̄ emēdatio ex hoc ꝑmanētis i adulterio:ſed potius deterioratio:nō peccat exigens ſaltēꝫ mortaliter. ¶ Veniale aūt eſt cū exigit̄ actus ꝯiugalis:⁊ ſi debito ſeruato vaſe ⁊ mō:tn̄ p̄ncipaliter itentione delectatiōis ꝯſequēde:ita tn̄ ꝙ ſiſtat itentio infra limites mr̄imonij. ¶ Si exerceatur actus cōiugalis ꝑꝑ ſanitatēꝫ corporalē pctm̄ eſt.qꝛ nō ad hūc finē ordinatū eſt. Veniale tn̄ puto eē pctm̄. ¶ In ſolēnitatibus ⁊ ieiunijſ exiget̄ debitū aliqua īfirmitate.ſ. ꝯcupiſcētie ductuſ:ſine contēptu tn̄ ſacri tp̄is. vel eccleſiaſtice exhortationis:veniale eſt ſm̄ Tho.in.iiij.di.xxxij.ar.v.q.iij. o.⁊ Ray.ſed reddēs nō peccat:cū timet de icontinentia vel ſcādalo ꝯiugis. Peccaret aūt:ſi negaret oino. ¶ In tēpore vero p̄gnationis exigere.veniale eſt:ſi tn̄ nō ē periculū aborſus. Reddere vero nullū peccatū eſt. ¶ Ante purificationē poſt partū exigere:ſeruatis alijs circunſtātijs:non videtur mortale ſꝫ Guil. Reddere vero non

voluntarie:nullum. Exigere etiā vel reddere debitū an̄ ingreſſuz eccleſie poſt partū: de ſe non videtur peccatū: ꝛ p̄nt mulieres itrare eccleſiā ante quadrageſimū diē abſqꝫ peccato: in quo tn̄ eſt ſeruāda cōſuetudo patrie. ¶ Actus ipudici qui ibi exercētur: nō ptinentes ad opus: ſꝫ ad delectationē exercētis: vt tactus ꝛ oſcula: ꝛ hmōi iordinate: cōiter ſunt venialia: q̄uis ibi poſſet eſſe tanta actuū inordinatio: ꝙ poſſet eſſe peccatū mortale

Sine pctō autez exercetur actus ꝯiugalis: cuz fit cā prolis ſuſcipiende: vel ēt cum fit cauſa reddēdi debitū: ſuatis tn̄ alijs debitis circūſtantijs. Debet tn̄ exactꝰ oino reddere: ꝛ p̄cipue vir vxori nō ſolū expreſſe: ſꝫ ēt per ſigna petēti nec vir debet vxorē auertere nec petat: ꝓpter piculū. ¶ Fit etiā tertio modo ſm aliquos ſine pctō. ſ. cū fit cā vitāde fornicatōis i ſe vel in ꝯiuge ſua.

¶ Interrogationes fiēde circa ſtatum matrimonij.

Circa predicta ſic p̄nt fieri interrogatiōes. Et primo ſi vſus eſt matrimonio ex̄ vas debituz. ¶ Si aliquid fec̄ ad euitādū ꝓlem. ¶ Si mō idebito: lꝫ in vaſe debito: ꝛ quō. ¶ Si vtēdo mr̄imonio hūit intētionē ad aliā. ¶ Si tpe mēſtruorū exegit: vel reddidit. ¶ Si i diebꝰ feſtoꝝ vel ieiunioꝝ. ¶ Si tpe p̄gnationis: precipue ꝓpe partū: vl' an̄ purgationē poſt partū. ¶ Si exegit: vel reddidit a ꝑmanente in adulterio. ¶ Si p̄ncipalit̄ cā delectationis: aut alia: ꝛ qua cā ꝛ circa hmōi iudicādū ē d̄ pctō mōtali: vl' veniali iuxta p̄dicta: vt pꝫ in ſūmis. ¶ Si oino negauit d̄bitū petēti. ¶ Si ex̄ actꝰ ꝯiugij per tactꝰ ſecuta eſt pollutio in altero ipſoꝝ. ¶ Si excōicatꝰ aliquo viculo ꝯxit matrimoniū. ſ. excōicatiōe maiori: peccauit mortaliter ꝛ precipue qn̄ ſciuit: ꝛ hoc: qr ꝑticipauit i diuinis. ſ. ſacramēto matrimonij. Idē videt̄ de minori excōmunicatione: ſi eaꝫ nouit: qr ſeparat a ſuſceptiōe ſacramētoꝝ: ꝛ matrimoniū eſt vnum ex ſacramētis eccleſie ¶ Si exn̄s i pctō mortali cōtrarit mr̄imoniū: videt̄ mortale. qr ſacramentū ſuſcipit i mortali ſcienter: precipue vero videtur mortale ꝯtrahēdo

per verba de preſenti: q2 ibi eſt eſſentia ſacramenti. ¶ Si ɔtrit cũ aliqua pſona p verba de pñti vel de futuro: nõ iten dẽs hẽre illũ vel illã in cõiugẽ: ſ3 tñ copulã carnalẽ extorquere: mortaliter peccauit: q̃s uis nõ ſit ibi realiter mřimoniũ. Cogẽdus tñ ẽ in foro cõſciẽtie illã ducere: vel aliter illi ſatiſfacere. maxime ſi eſt ſecuta copula: in quo tñ caſu eccleſia iudicaret mřimoniũ: ⁊ cogeret illũ. cui obedire tenetur. ¶ Si vir nõ ꝓuidit vxori ⁊ familie ď neceſſarijs: nõ tñ ſupfluis. ¶ Si nimis cã exaſpauit verbis vel factis. ¶ Si zelotip⁹: ⁊ ex hoc nimis ſuſpectuoſus ɔ ea3 fuit: vel nimis remiſſus i cura ei⁹. ¶ Si vxor iobediẽs ⁊ ɔtẽtioſa ⁊ ſui ſenſus fuit erga virum. ¶ Si nimis inculta ⁊ negligẽs circa gubernationẽ domus. ¶ Si irreuerens ⁊ diſcola ad ſoceros ⁊ cognatos. ¶ Si nimis dedit de reb⁹ viri: parẽtibus ſuis: vel paupibus pluſq̃ debuit. ¶ Si dedit licentiã viro coeundi cũ alijs mulierib⁹ cũ peregrinaret: ẽ mortale. ¶ Si mulier nõ vult ſeq vir2 trãſſferentẽ domiciliũ: ad qđ tenet: niſi ea3 traheret ad peccatu3 aut dubitaret de morte ſua: aut eſſet vagabundus. ¶ Si vterq3 filios educauit i timore dei: ⁊ in obedientia mãdatorum eius.

¶ De principibus: rectorib⁹: ⁊ baronibus. c. ij.

Circa principes: rectores: ⁊ barones ſeculares ſic pñt fieri iterrogationes: ⁊ ꝓut fuerit expediens ſcđm ɔditionem pſonarũ. Primo ſi p vſurpationẽ: ⁊ iiuſto titulo obtinuit dignitatẽ: regimen: vel dominiũ ciuitatis vel caſtri: q2 mortaliter peccauit: ⁊ ſemper in ipſo manet: dũ tenet hmõi vſurpationẽ: niſi poſtmodũ titulũ iuſtificaſſet: nec ibi ante iuſtum titulũ põt exercere iudicia ſine mortali. ¶ Si ambitioſus fuit ad dignitates ⁊ ad regimẽ nimis aſpirãs: ⁊ ſi itẽdit negligere iuſticiã ad acquirẽdũ amicos: vt ſic in dñio per mãeat mortalr peccat. ¶ Si prelatis eccleſiaſticis: vl alijs ſupiorib⁹ ſuis non fuit obediens: ⁊ admonitiones: ⁊ correctiones ab eis factas non ſuſtinuit patiẽter: ⁊ ſi ɔtempſit mortaliter peccauit. Si ſen

tentias excõicationis: vel in-
terdicti nõ curauit. aut ſic li-
gatus: diuinis: ſe ingeſſit: qđ
eſt mortale. Si pp crimen
ciꝰ: ciuitas eſt iterdicta: qđ ē
ſibi ad maiꝰ iudiciū. Si pp
excõicationem latam in ſc. iu
dices vel actores: vel mini-
ſtros grauauit. qꝛ vltra mor-
tale: eſt excõicatꝰ. Si de fa
ctis: aut defectibꝰ eccleſiaſti-
caꝝ pſonaꝝ ad eū nõ ptinēti
bus ſe intromiſit: vel trahen
do ad ſuū iudiciū: ꝛ hmõi: pec
cauit mortalr. Et ſi cepit:
vel capere fecit: vel percutere
vel incarcerare clericos. vel
religioſos etiaꝫ delinquētes:
eſt excõicatus: ſi nõ hūit ꝑus
licentiā a plato ſuo. Si ele
ctionē alicuiꝰ. malitioſe impe
tutio occulto mō per ſe vel ꝑ
aliū fiēda eſt: vt non detega-
tur perſona. ar. ij. q. i. c. ſi pec-
cauerit. Caueat etiā diligēter
ꝙ cū per aliuʒ facit: ita caute
faciat vt recipiat qui debet ⁊
nō ille ſibi retineat: q: non eſ
ſet per hoc liberatus. nec ↄfi-
dat de confeſſoribus: nec p̄di
catorib⁹: nec q̄ſtuarijs qui q̄-
runt pecunias nō animarum
ſalutē. Et ſi his. qui rapinam
vſurā vel fraudē fecit non re-
ſtituat: cū heres teneat̄ ad oīa
onera defuncti iquātū ſuffici
at hereditas: tenet̄ ⁊ ipſe face-
re dictā reſtitutioneʒ: de vſu.
ca. michael. Et eadē ratione
heres heredis: ⁊ ſic in īfinitū
cū ſcit̄ ab eis hereditas obli-
gata ad r̄ſtitutionē ꝓp vſuraſ
⁊ rapias ⁊ dāna a p̄orib⁹ fa-
cta. Et vbi ñ ſufficeret heredi
tas ad ſatiſfaciēdū: tenēt̄ lega
tarij ⁊ donatarij q: nō legari
nec donari p̄t alienū. Nec ex

cuſarentur heredes ſcientes vel dubitātes: vel merito dubitare debētes: ex publica fama. vel ex ſcripturis: vel ex fideli relatu: teſtatorez illicitos feciſſe ɔtractus. vel vſurarios: ex hoc ꝙ nullus ponit q̄relā ſup hoc. vel poſtulat aliquid ab eis vt debitū. Sʒ debēt diligenter iquirere veritatē q̄ꝫtū pñt. Et ſi inueniunt ſic eſſe: notificēt: vel notificari faciant illis quib⁹ debēt: ſe offerentes ad reſtitutionem. Et ſi non inuenirētur aliqui: pauperib⁹ eſt errogandū. Alias eſſʒ in eis ignorantia craſſa que non excuſat. di. xxxvij. §. fi. Et q̄ꝫuis defunctis nō proſit illa reſtitutio ſi deceſſerint ipenitētes: ꝓdeſt tñ: imo neceſſaria ē ipſis heredibus ſi volūt ſaluari: qꝛ nō remittiť peccatum ꝛc. De re. iur. li. vi. ¶ Qui aūt licitā artez exercebat: vel p̄rimonialia tantuʒ habebat teſtator: nec apparet ex fama vel ſcriptis de illicitis cōtractibus: ſeu alieno: preſumere debēt eum iuſte acquiſiſſe: qꝛ nemo iudicādus eſt imemor ꝓprie ſalutis ꝛ diuini timoris i. q. vij. c. ſancim⁹. ꝛ p̄cipue in mortis articulo. ¶ Item nota ꝙ dicit Hoſti. in ſum. ti. de vſu. ꝙ ſi aliqua honeſta pſona puta ſacerdos vel eps tractet inter debitorē ꝛ creditorē de ſatiſfaciēdo. ꝛ dicat creditori talis mediator: tantum faciā tibi reddi ſi ex corde refiduuʒ remittas: nō decipias me: qꝛ mediator ſum: nec debitorē: cui⁹ aīe ſalutez quero: ꝛ reſpōdet creditor ſe ex toto corde liberare ipm: debitorē: q̄re nō didicā ipſuʒ liberatū: nō video: nec curo qualitercū q̄ꝫ ſit ſatiſfactum dūmodo ſit ſatiſfactū ei. Si qui moueanť in ɔtriū: hoc faciunt in odium vſurarioꝝ. Si quis. n. ex aliā cā alij iniurieť: equidē hoc admittit quilibet theologus: ꝙ ɔcordia iter partes poſſit tractari: ꝛ pars eius qd deberet ex pacto remitti: alias titulus de trāſactionib⁹ inutilis eſſʒ. Et quare nō idem de vſura. Dicēdū ergo ꝛ tenēdū ꝙ p̄cibus poſſit vel iuſſu iudicis vł pactiōe partiū remiſſio fieri: ꝛ ſic dicā vſurariū abſolutuʒ. Hec Hoſti. Que qdem itelligo vera eſſe in foro ɔtentioſo: nō in foro cōſciētie. vel ēt in foro cōſciētie q̄ꝫtū ad ea q̄ dubia eſſent: vtrū deberēt da

ri vel nō:qꝛ rationes ſunt ad vtrāqꝫ partē:vel cū dubiū eſt q̄ꝫtū debeat ſatiſfacerͤ pro dāno dato. Et ad hoc faciūt rōnes quas facit ipſe. Hoſti. Sed vbi certuꝫ vel claruꝫ eſt debitū:vel rōne vſuraruꝫ: vel alterius vſurpationis: niſi debitoꝛ liberaliter remittat illud ꝙ remittit ēt ſi de mille tantū decem remitteret:ſi hoc facit qꝛ putat ſe aliter reſiduuꝫ nō poſſe habere:nꝉ valet illa remiſſio facta etiā publico pacto quo ad aiam. Unde cuꝫ mercatoꝛ iſoꝛtunia paſſus fallit:ꝛ occultās multa de boniſ ſuis mobilibꝰ vt nō ꝑueniāt ad manꝰ creditoꝝ querit cōpoſitionē cum eis de minori q̄ꝫtitate q̄ꝫ debeat(puta cōuenit reſpōdere ſingulis creditoꝛibꝰ ad rōnē. xv.ſolidoꝝ ꝓ libꝛa:cū tñ poſſet totū dare vꝉ cedere bonis)cui cōpoſitioni aſſentiūt creditoꝛes:ꝛ ita recipiētes liberāt cū de reſiduo: certū ē:qꝛ quo ad deū adhuc tenetͤ de reſiduo cum illi non ſpōte ſed coacte fecerint illaꝫ remiſſionem:volentes illa ꝑte potius carere q̄ꝫ toto. Qui immo ꝛ ſi cederet bonis totaliter.nihil ſibi reſeruādo:ꝛ nō ſufficiūt bona illa ad ſatiſfaciendū.ſi poſtea ꝑuenerit ad pinguioꝛē foꝛtunā tenetͤ de reſiduo.eꝯ de ſoluti.c. odoardus.

¶ De dānis datis tempoꝛe guerre adinuicē inter ciuitates qūo ꝛ per quos poteſt fieri relaxatio ſeu remiſſio:qñ faciūt pacē cum certis pactis ꝛ capitulis. ¶ Nota ꝙ in quadaꝫ ſūmula ſic dicitͤ:ꝙ q̄ꝫuis ſint pupilli multi ꝛ abſentes qui nō aſſentiūt:ꝛ foꝛte ēt alii qui ꝯdicunt ex ꝓuectis qui receperūt dāna iniuſte : nec eis eſt ſatiſfactum : nihilominus tantū eſt bonuꝫ pacis : ꝙ qui habēt rē publicā gerere : poſſunt cum ꝯſenſu : maioꝛis ꝑtis ſubiectoꝝ ſibi: pactis pacis ſubdere ꝛ licite relaxare inuicē dāna data:ꝛ ſi fiat relaxatio predicta : tenet ꝛ valet. Nā ꝛ in hoc modo pñt ꝓ bono rei publice ſibi tallias imponere ꝛ hmōi: quas gabellas vocāt. ¶ De bonis vero clericoꝝ ꝛ religioſoꝝ:nō poſſunt laici facere relaxationeꝫ: qꝛ nō ſunt eoꝛum foꝛo ſubditi:nec de bonis eccleſiaſticis ꝑmittitur eis aliqua diſpō.vt di.lxxxvi. Bene poſſunt tñ hoc facere p̄lati ſpūales ter-

rarum adinuicem: de cōſenſu ⁊ cōueniētia clericoꝝ ⁊ religioſorū qui dāna receperūt in guerra. Hāc autē relaxationem quo ad laicos vel clericos intelligas de dānis datis. de rebus ↄſumptis. Naꝫ res extantes: vt equos: pannos ⁊ hmōi qui habent ⁊ ſciunt ſua nō eſſe: vtputa q꞉ bellū iuſtū nō fuit ex parte ſuoꝝ. vel ſi iuſtū ab eis acceperunt a qbus nō poterant ipſa tenere non pn̄t. Unde ſi dominos ꝓprios inuenire pn̄t: eis reddere tenētur: alias ſi non inueniūt pauperibꝰ erogare. Jdeꝫ videtur: ſi de iuſticia belli dubitatur. Nā vbi clare bellū iuſtū eſt: res accepte efficiuntur capientiuꝫ (diſt. j. c. Jus militare) que tñ debēt īter eos ꝓportionabiliter diſtribui per duces belli: vt. xxiij. q. v. c. dicat: niſi per publicū edictū datū ſit vnicuiqꝫ qđ capit. Pauperū aūt ⁊ innocentū non vr̄ tutū bona auferre cū ſint ſine culpa: niſi ſubſit cā: cuꝫ ſit aliquis puniēduſ. de re. iur. li. vi. Pena tñ tēporali frequenter punitur vnꝰ pro altero diuerſis de cauſis: vt. j. q. iiij. ꝑ totū. ¶ De tutoribus: curatoribus negociorū alioꝝ geſtoribꝰ filijſfamilias ⁊ hmōi qui extorſerūt vſuras: vel fecerūt rapinas: fraudes ⁊ dāno noie alieno. ſ. ꝓ pupillis: patronis. vel patribus ſuis: nil tñ coruꝫ peruenit ad eos: ſed ad pupillos: dominos vel patres eorū: querit̄ vtrū per eos poſſit ⁊ debeat fieri reſtitutio ipſis pupillis: vel patribus. ſeu dominis neſciētibus ⁊ inuitis de bonis eorum ad quos ꝑuenerūt taliter extorta. Reſpō. dicūt quidā indiſtincte: ꝙ ſic in foro ↄſciētie: dūmō non immineat inde ꝑiculū vite: ↄſcientie. vel fame: ſi deprehenderet̄ aut ſcādalū ſequat̄ puta q꞉ aliqs credit̄ furatꝰ fuiſſe illa qui inocens eſt ⁊ hmōi. Tales. n. vt dicūt illi nō cōmittunt furtū occulte illa recipiētes: cum pecūia ſenebris: vel ꝑ rapinas ⁊ fraudes habita nō ſit eorū. Et rō eſt q꞉ cū ꝑ efficacē cāꝫ ꝑdictoꝝ. ſ. tutorū: curatoruꝫ ⁊ hmōi: ⁊ per iter mediū illorū tale iīuſtū lucrū deuenerit ad manꝰ pupillorū: patronoꝝ vł patrū: ⁊ ad reſtitutionem ſint obligati iſti mediatores: iuſtū eſſe vr̄ vt que cā illoꝝ iniuſte ablata ſunt nūc iſte lniaꝫ ha

beant illa ſatiſfacere: ne ipſi de ꝓpo ſatiſfacē teneant ar. ad h de re.iu. vbi dicit Chryſo. Omnis res p quaſcunqȝ cās ꝯbitur p eaſdem diſſolui tur. Propterea ad hoc agendū ꝑdicti tenentur: ⁊ i hoc gerūt vtilē curā ſui: ⁊ illoꝝ qui iniuſte detinēt aliena. ¶ Alij aūt pfectius ⁊ equ⁹ rñdent p diſtinctionē videlicet: qꝛ aut tales adhuc habent in manibus adminiſtrationē rerū illoꝝ: aut nō. In primo caſu: pñt ⁊ debēt reſtituere de bonis illoꝝ ad quos puenit lucrū quod habēt pmanib⁹ ſi nolūt remanere ipſi obligati ad ſatiſfaciēdū d ſuo. Et hoc ſiue occulte ſiue māifeſte: cū ſufficiēti cautela: aut ab ipſis nō poſſit poſtea repeti. Et ad hoc videtur facere rō prime opinionis cū regula prima. Ois res. Si āt nō habēt amplius adminiſtrationē: tunc ſubdiſtinguēdū eſt: qꝛ aut pdicti tutores: procuratores ⁊ hmōi: nō pñt illa reſtituere d ſuo (puta qꝛ pauperes ſūt) aut pñt: ⁊ ſi nō pñt: ſufficit ꝙ denūciēt pricipalib⁹ ꝓ quib⁹ fecerūt vſuras: fraudes ⁊ hmōi qui ignorāt quō fecerūt, p eis talia illicita lucra que ad eos deuenerūt: vñ ⁊ obligati ſunt ad reſtōnē. Et ſi nō ſatiſfaciunt ipſi principales: hēant ꝓpoſitū ſatiſfaciēdi d ſuo cum poterūt. Ad accipiendū āt occulte a ꝑdictis ad h nō tenēt nec debēt: ⁊ rō ē qꝛ quo ad ſe excuſati ſunt a reſtōne rōne ipotentie. vt. xiiij. q. vi. c. ſi res. Quo ad illos ꝓ qb⁹ fecerunt vſuras vel fraudes: auferēdo ab eis occulte. p h nō ꝓuidet ſaluti coꝝ cū remaneāt obligati i ꝯſcia: ex quo ſciūt talia fore facta: nec velit ſatiſfacere: ⁊ ſic nō diſſoluitur peccatū: vel obligatio quo ad eſtimationē eorum. Sed nec poteſt quis a priuata pſona cogi ad reſtōnem male ablatorū niſi per iudicem eccleſiaſticū: vel ciuilem nec videtur bene poſſe excuſari a furto cū contractet rē alienā iuito domino: cū i vſura trāſferat dominiū. Per hoc etiā exponit ſe multis piculis. Si aūt tales mediatores de quibus dictū eſt pñt reſtituere (cum illi ad quos extorta puenerūt nolūt reſtituere: qui principaliter obligātur) poſſunt petere humiliter non p coactionē vel

fraudem a creditoribus vſurarũ vel fraudũ remiſſionez: cuz penes eos nõ remanſerit pecunia fenebris: ⁊ illi qui eã habuerũt remaneãt pricipaliter obligati:q2 remiſſiõe obtẽta libere ⁊ ſpõte:ãplius nõ tenebũtur:ſʒ tm̃ pncipales: niſi ⁊ eis fieret remiſſio. Qd̕ ſi remiſſionẽ facere nõ vellent. tenetur ſatiſfacere de ſuo ⁊ tũc vſqʒ ad quãtitatẽ ſolutaʒ pro illis.poterũt occulte accipe d̕ bonis eoꝝ:ſi alias p viã iudicij hẽre nõ pñt:ita tñ ꝙ nõ ſequaṫ ſcandalum vel periculũ que ſemp vitanda ſunt. Vbi ãt mediator talis ſic ſatiſfecit dʒ p aliquẽ modũ cautũ declarare illi q ſciebat ſe obligatuʒ ad illud ãplius nõ teneri: vtputa:ſi dicat ſe non curare ab eo illa recuperare q̄ſi ac ſi donaſſet vel declarare heredibus ſuis: ꝙ nõ recipiant a tali pſona aliquid vt debituʒ pro tali cã ⁊ hmõi. Bona.n. fides nõ patiṫ vt ſemel exactũ bis exigatur:de re.iu.li. vi.

¶ Capitulum quintum cui fienda ſit reſtitutio.

Q Vãtuʒ ad quintum.ſ. cui fienda eſt reſtitutio ſeu datio rei ablate vel alias illicite acquiſite. Pro fundamẽto notãda ẽ diſtictio quã ponit Tho.ſ̕a ſ̕e.q.xxxij. ar.vij. dicẽs. ¶ Tripliciter pt eſſe aliquid acqſituʒ. ¶ Vno mõ q2 id qd̕ acqriṫ illicite: debeṫ ei a quo acqſitũ extortum eſt:⁊ ſiue nõ transferaṫ dñiuʒ illius rei in accipienteʒ vt in furto ⁊ rapina: ſiue transferatur:vt in vſura: tñ cõpetit repetitio. Scd̕o mõ dicitur aliqd illicite acqſitũ: ita ꝙ ille q illicite acqſiuit non põt illud retinere:nec tñ debetur illi a quo acqſiuit q2 ille ꝯtra iuſticiã dedit:⁊ ille ꝯtra iuſticiam accepit:vt in ſimonia ⁊ ſimilib9 in qbus ipa datio ⁊ acceptio eſt ꝯtra legẽ. Tertio mõ dr̕ illicite acqſituʒ non ꝙ ipa acqſitio ſit illicita : ſʒ illud ex quo acquiritur eſt illicituʒ:ex quo transferṫ dñium nec cõpetit repetitio. vt in meretricio ⁊ huius. Nã meretrix turpiter agit ⁊ ꝯtra legẽ dei fornicãdo:ſʒ ipſa acqſitio. vl̕ datio pecunie pro hmõi illicitis nõ eſt illicita nec ꝯtra legem dei:⁊ hoc proprie dicitur turpe lucrum. De illicitis ergo iſto tertio modo acqſitis ſm̃ Tho. vbi ſupra ⁊ Ray.poteſt

acquiſita per meretricium poſſunt dari in elemosinis

dari elemoſina: ⁊ poteſt etiā
retineri niſi ſupfluū per frau
dem vel dolū mulier extorſe
rit: q2 illd eſſet reſtituēdū. Et
ad hoc ptinent lucra facta ex
hiſtrionatu illicito: ex duello:
ex torneamēto: ex ſertis factiſ
de florib9: ⁊ aliiſ hmōi: quoꝝ
vſus eſt cōiter ad laſciuiaʒ: ex
decijs fact(ex mathematica
ſeu arte diuinatoria: ex lucro
negociationis: aduocationis
vel medicine in caſu nō ꝯceſ
ſo quo ad clericos. In his di
xerūt aliqui nō poſſe fieri ele
moſyna: q2 vt dicit̄ ꝓuer. ter
tio honora deū de tua ſubſtā
tia: ⁊ iteꝝ honora deū d tuis
iuſtiſ laborib9: ⁊. xiiij. q. v. c. ele
moſyna: ⁊. i. q. i. nō ē putāda.
Sed hoc nō eſt veꝝ ſʒ Tho.
vbi ſupra. ⁊ Ray. ⁊ alios cōi
ter. Predicta aūt capitula al
legata hoc itēdūt: ꝙ nō licet
dare elemoſynā d male acq
ſitis: que. ſ. debent certis pſo
nis reſtitui: vl' ꝙ nō dʒ aliqs
aliqd facere illicitū vt det ele
moſynā. Et q̄uis qdam di
ſtinguant vt dicit Vul. ꝙ in
his que ꝓhibita ſunt: q2 ma-
la ⁊ nō puniunt̄ a iure niſi in
famia: vt meretriciū duellū:
⁊ hmōi talia pn̄t retieri. Sʒ
que mala ſunt q2 ꝓhibita a
iure vt torneam̄ta: ⁊ negocia
tio quo ad clericos: ⁊ hmōi: ⁊
talia nō pn̄t retineri ad vſum
ſuū: ſʒ debēt paupib9 erroga
ri. Licet hec diſtinctio videat̄
eſſe ꝓbabilis tn̄ (q2 pene ſunt
reſtringēde nō āpliāde: ⁊ qui
nimis emungit elicit ſangui
nem) credo ꝙ in p̄dictis oib9
caſibus ⁊ ſimilib9: bonū ē ⁊
ſalubre. ꝙ penitēs inducat̄ ad
erogādū paupib9 nō tn̄ co-
gendus ad hoc: nec ſi nō ve-
lit: i hoc eſt iudicādus nō eē
in ſtatu ſalutis ſi nō velit hu
iuſmodi pniaʒ agere: vel acci
pet̄. ſ. ꝙ hmōi lucra paupib9
erroget: niſi i caſib9 a iure ex
preſſis vt in ſimonia ⁊ idē de
eo qd dat̄ iudici ad corrūpē-
dū eū ⁊ hmōi: vt infra dicet̄.
Secunduʒ ergo Tho. Vul.
Ray. ⁊ Inno. de hmōi debʒ
dari elemoſina debito hone
ſtatis ⁊ ꝯſilij: n̄ debito neceſ-
ſitatis ſalutis. Et ſic itelligit̄
illud. xiiij. q. v. qui hētis. Nō
eſt ergo illd acceptū ſic reſti-
tuēdū ei a quo acceptū eſt: q2
in turpi cauſa: melior eſt ꝯdi
tio poſſidentis. ff. de ꝯditiōe
ob turpeʒ cām. l. ſi. ob turpeʒ.
¶ De illicite acquiſitis. ſcdo

modo videlʒ cum illud ſic ac quiſituʒ nõ debetur ei a quo ſic eſt acquiſitum:nec tñ acq rens pt pro ſe retinere. Illõ põt ⁊ dʒ de neceſſitate ſalut(nõ ſoluʒ de ↄſilio ⁊ honeſta te paupibus errogari:⁊ hui⁹ rõ eſt ſʒ Tho.ſcda ſecũde.q. lxij.ar.v.q: ipſa datio ⁊ acce ptio eſt lege ꝓhibita:vt in ſimonia. Quidã tñ extendunt iſtũ ſm modũ ad oẽ lucruʒ i quo cõmittit pctm̃ i dante ⁊ recipiente nõ ſoluʒ i ſimonia ſed etiã i pecunia accepta ex adulterio ⁊ pro vſura:cuʒ qs accipit mutuũ ſine cã rõnabi li:puta vt ãplius ditet ⁊ inde ſoluit vſurã. Illã vſurã vt di cũt:q accipit retinere nõ põt nec tñ ei debet reddere q de dit:q: turpiter opatus eſt dã do mutuũ ei quẽ nouerat nõ idigere. Sʒ Tho.vbi ſup nõ dic hoc.ſed cũ datio eſt ↄtra legem. In dicto aũt caſu da tio pecunie pro mutuo nõ eſt peccatũ:ſʒ accipe illo mõ vſu rario mutuũ eſt pctm̃:q: dat illi occaſionẽ mali. Vñ licet peccet mortaliter ſic mutuuʒ accipiẽdo:dʒ tñ poti⁹ redde re illi a quo accepit ꝙ̃ paupi bus errogare:niſi vbi nõ iue niretur ille a quo accepit:ve etiã ſi vellet illam vſurã red dere nõ vſurario:ſʒ his a qui bus extorſit ipe vſurari⁹ vſu ras:pro eo ſatiſfaciẽdo pro il la parte.⁊ tũc dʒ vſurario ſi gnificare ne iterũ illi reſtituat ⁊ precipue dʒ hoc facere cum lnia epi.vt ſi dictus vſurari⁹ vellet ab eo repetere.eps co gat illũ deſiſtere a receptiõe ⁊ ex quo vtiliter geſtuʒ eſt ne gociũ eius ratũ hẽre dʒ. Non tñ tenetur ad hoc.ſ.inquirere vl dare his quib⁹ debitor eſt vſurari⁹:ſʒ ſufficit ꝙ reſtituat a quo accepit. Pauperib⁹ au tem errogare nõ dʒ:cũ nouit euʒ a quo accepit ⁊ põt ei da re. Qd expreſſe oñdit Augu. dicens. Nolite facere elemo ſynas de fenore ⁊ vſuris.xiiij. q.v. Naʒ cũ dat paupib⁹ qd debet certe pſone:nõ liberat a reſtitutiõis obligatione ad illaʒ pſonã:vt hẽ ex de homi. c.ſicut dignũ:circa finẽ. Sed in ſimonia ipſa datio ⁊ acce ptio pecunie pro ſpũalib⁹ eſt prohibita. Vñ dicitur.j.q.j.c. Placuit anathema danti a nathema accipiẽti. Et iõ nec ſibi retinere valet:nec illi red dere qui dedit:ſʒ dʒ de neceſ

ſitate ſalutis pauperibus er-rogare ſi pōt:vł illi eccleſie in cui⁹ iniuriā data eſt pecunia applicari.vel aliter prouideri prout habes in ſcda pte ſum. ti.i.c.v.Similr in iudicio pro hibitū eſt iudici vł aſſeſſori.cū hñt certū ſalariū:accipere ali quid a partib⁹ pro iudicando vel nō iudicādo.vel iudicādo bñ vel male.Et teſti eſt ꝓhi-bitum accipe pro teſtimonio ferendo: Vñ Augu.Ideo nō debet vēdere iudex iuſtū iudi ciū:aut teſtis verꝫ teſtimoniū: q2 vēdit aduocat⁹ iuſtū patro ciniū:⁊ iuriſcōſultus verꝫ cōſi lium.Illi.n.inter vtrāqꝫ ptēꝫ ad examē adhibēt:iſti in vna parte ꝯſiſtunt.xiiij.q.v.c.Nō ſane. Qđ ergo recipit iudex pro hmōi vel teſtis pro ſe re-tinere nō pōt:ſꝫ dꝫ illi reſtitui qui dedit:ſi iuſte ðdit puta vt iuſte iudicaret.intēdens redi-mere quodāmō vexationē ſu am. Vñ Aug.in.d.c.nō ſane Ille ſolet male ſibi ablatā pe cuniā repetere:qui iuſtū iudi-ciū emit:qm̄ venale eē nō de buit.Sed ſi pecunia data fu-it iudici ad eū corrūpendum: vel teſti ad falſuꝫ teſtimoniuꝫ dicendū:vel alicui ad falſo ex cuſandū:vel aduocato ad in-iuſte aduocādū:illi datori red dī nō debet q2 turpiter dedit nec ſibi retinere dꝫ ſꝫ paupe-rib⁹ elargiri vel illi in cui⁹ dā nū ſiue iniuria data eſt:⁊ ꝑci-pue ſi ex hoc amiſiſſet iuſtam cām.Habet̄ h̄ in.d.c.nō ſane ꝓut ibi nōt.Jo.an.⁊ Archi.⁊ ij.q.iij.c.Qui recte.⁊ Inno.ex de imu.ec.c.q2 pleriqꝫ Ray.⁊ Ho.in ſum.Silr īferiores of ficiales vt nūcij miſſi:⁊ hmōi ſi aliqđ extorquēt per iprobi-tatē:vt denariū ꝑuuꝫ ⁊ hmōi tenēt paupib⁹ errogare:⁊ hoc vbi certū ſalariū recipiunt:vt dīc gl.i.c.Nō ſane.Nā cū ſa lariū ſufficiēs recipiūt ſi q̄ ex torq̄nt.dñt reſtituē ſi ē qđ nō bile.Et idē vř dicēdū ð nōtijſ camerarijſ:⁊ hmōi q offō ſuo exercēdo:exigunt aliqđ a pſo nis.Si.n.hñt ſufficiēs ſalariū tenēt ad reſtōnē coꝝ q̄ accipi unt.Nec vř excuſař ꝯſuetudo cū ſit irrōnabił.ar.xxiij.q.i.c. Militař:vł paupib⁹ errogař ſi de facili ñ pt iueniri.Si ve ro ſalariū nō hērēt:vel nō ſuf ficiēs:credo ꝗ ꝯſuetudo excu ſaret:q2 nemo cogit̄ ſuiſ ſtipē dijs militare.¶Inſup de hiſ qui accipiūt pecuniā ab accu

iudex.

teſtis.

notarij.

accipientes ab incusatis ut liberent.

ſatis vel incarceratis anteq̄ꝫ proferatur ſnia cōtra eos vt intercedāt pro eis ⁊ liberenẗ. ¶ Sciendū ꝙ ſi accuſati. vel īcarcerati ſunt culpabiles:vñ ⁊ merito ꝯdēnandi:illā pecuniā nec reddere debēt datoribus q2 turpiter dederūt: nec ſibi retineṙ pñt:q2 turpiter acceperūt impediēte iuſtitiā: ſꝫ debet paupibus errogari.ar. xiiij.q.v.Qui hētis. Si vero ſunt inocētes:⁊ ad redimendam ſuā vexationē dederūt ⁊ procurandā ſui liberationeꝫ (ſi interceſſores eoꝝ ſunt officiales ſalariati alias)pecuniā pro hoc receptā.reddere dñt vel paupib⁹ errogare:niſi data fuiſſet per modū doni ⁊ liberalitatis:⁊ p̄cipue poſt liberationē:q2 tūc retineri poſſet ar.i.q.ij.c.Sicut epꝫ.Et ſimiliter ſi itercessores nō ſunt officiales ſalariati:ſꝫ p̄uate pſone:laborādo pro hmōi iuſta liberatione.iuſte faciūt:⁊ qd̄ eis daẗ:iuſte retinere valent. ¶ Item de pecunia data pro adulterio cōmiſſo vel cōmittēdo:q̄ꝫuis quidā dicāt ꝙ dꝫ dari nō ei q dedit:nec ſibi retineri:ſed ei dari i cui⁹ iiuriā data eſt.ſ.marito(ſi vxor ei⁹ cōmiſit adulteriū:ex quo pecuniā habuit)vñ ꝙ poti⁹ dbe at paupibus errogari:niſi ille maritus eſſet paup:q2 pp pauptatē poſſet ēt ꝯfeſſor ipi mulieri tanq̄ꝫ paupi dimittere.Et ſimiliter de viro ꝯmittente adulteriū quo ad vxorē caſte viuētē ⁊ vr̄ eſſe i hmōi quaſi idē ius ſicut ⁊ in turpi lucro:vt in meretricio qd̄ ēt pōt retineri ſic acqſitū niſi ꝙ leges ꝓhibent adulteria ⁊ puniūt nō aūt ſimplicem fornicationē ⁊ meretricia.Nihilo minus de pecunia data pro adulterio nil ſtatuūt ſic̄ d̄ pecunia ſimoniaca ⁊ alijs huiuſmōi:vñ paupib⁹ errogari poti⁹ iducēdi ſunt.xiiij.q. v.c. non ſane.¶ De acqſitis per ludos fortūe.cꝫ illos caſus in qbus dꝫ acqſitum pro hmōi reſtitui:dñt paupib⁹ errogari:qñqꝫ etiā poſſet ſibi retinere.Sꝫ de hoc in.ij.pte ſumm.ti.i.c.xxiij.¶ De illicite acqſitis p̄mo mō.i.cū debeṫ illud acquiſitū ei a quo acquiſituꝫ eſt:vt i furto:rapina: vſura ⁊ hmōi. Regula eſt : ꝙ hmōi ſunt reſtituēda ſpoliatis.ſiue ſint dñi illoꝝ reꝝ:ſiue ad eos ſpectet dūmodo cōſtet rē nō

furti rapina.

ſuiſſe ablataꝫ:vt accidit in pignoꝛe.depoſito:cōmodato: ⁊ hmōi.Licet.n.tales qui hn̄t pignoꝛa depoſita:⁊ hmōi nō ſint dn̄i illaꝝ reꝝ:tn̄ ex bone ſta cā.illa tenēt.iō his debēt reſtitui talia ablata nō dn̄is ipſaꝝ reꝝ.Et ſic itelligo illud iij.q.i.c.Reitegrāda ſunt oia ſpoliatis.Ex de reſtituti.ſpo. per totū.Si āt res:ablata eſt ab eo qui iiuſte hūerat : puta per furtū.vel per rapinā:reſtituēda eſt dn̄o illiuſ rei:nō illi furi.Quāuis āt malefaceret talis ꝛ̄ſtituēdo furi a quo ip̄e acceperat: ⁊ nō dn̄o rei ipſi⁹ quē nouit: tn̄ ꝯ̄ȝ Guil. liberatus ē ab obligatiōe reſtitutionis:qꝛ repoſuit rē in pꝛiſtinum ſtatum ⁊ gradū.¶Quidam tn̄ dicunt:ꝙ illud qđ acquirit̄ ex vſura mētali tm̄:nō dȝ illi reſtitui qui dedit:qꝛ id a ſe volūtarie abdicauit.Nec tn̄ ſibi dȝ retinere:qꝛ ꝯtra legem accepit.ex de vſu.c.ꝯſuluit:ſed dȝ paupibus erogari.ar.c.ſic dignū.ex de homi. De vſu.c.cū tu. Sȝ iſta iura inducta:vident̄ eſſe ꝯtra talē opinionē.Nā ibi dr̄ ꝙ đbēt ablata reſtitui eis quoꝝ. fuerunt ſi reperiunt̄.vel eoꝝ heredibus.Nec aliqđ ius : nec aliqs doctoꝛ ſolēnis:facit iſtaꝫ diſtinctionē inter vſurā mentalē ⁊ pactionalē:vt p̄ma debeat reſtitui ei qui đdit. ſcđa autē nō ſȝ paupib⁹ erogari. Sed ſic indiſtincte dic̄ Aug. (de acceptis per furtū ⁊ rapinā:ꝙ debēt reſtitui nō dari paupibus)ſic ingens.Qui ꝯ̄ ius ſocietatis humane:furti: rapinis:iuaſionib⁹:opp̄ſſionib⁹:aliqua abſtulerint.reddēda poti⁹ ꝙ̄ donāda cenſem⁹. exēplo Zachei.xiiij.q.v.c.ñ ſane.Jta ⁊ idiſtincte dicit ideȝ đ vſuris.Nolite elemoſynas facere de vſur.q.ea.c.Nolite quaſi dicat hec reddēda ſunt nō paupib⁹ dāda.cū.ſ.inueniunt̄ qui đderūt ipſas vſuras. ¶Et cū dr̄ ꝙ qui dedit vſuras volūtarie:illud a ſe abdicauit.Rn̄.ꝙ ſi đdit ex liberalitate ⁊ per modū doni veruȝ eſſet:⁊ tūc recipiēs hoc ſciēs nō tenet̄ reſtituere nec paupibus dare. Sed ſi dedit rōne mutui p̄ncipaliter.nō abdicauit illud volūtarie(ſupple)ſed ꝯditionate:nec mutuās reputaret ſe grauatū:⁊ iſtū ingratum:⁊ ſic alia vice nō inueniret mutuū. Et ideo ſibi debȝ

reſtitui vſura. Si autē nil ac-
cepit vltra ſortē (q̄uis hoc nō
intenderet): in nullo tenetur:
nec illi nec paupibus. Ad hoc
facit q̄d dicit̄ in directorio iu
ris. Ibi.n.dr̄ q̄ vſurari⁹ men
talis inducēdus eſt in foro pe
nitētiali. vt reſtituat per.c.Cō
ſuluit de vſur. Et ſubditur in
fra q̄ in foro eccl'ie vſurarius
mētalis iudicandus eſt male
agere. ⁊ eſt iducēdus nō ꝯpel
lēdus vt ſic accepta reſtituat.
nec tanq̄ vſurari⁹ eſt puniē-
dus i foro iudiciali. ſ; quo ad
deū re vera vſurari⁹ eſt. ⁊ tene
tur reſtituē ſic accepta. ⁊ ſic in
tentio cū effectu fac̄ vſurariū.
vt in.d.c.Cōſuluit.⁊.xiiij.q.iij.
c.Si feneraueris. hec notat
Ger. Inno. Poſti. ⁊ Hoff.
¶ Pro hmōi aūt maiori de-
claratiōe ſciēdū q̄ in re q̄ d;
reſtitui: ſe aliqs tripl'r pōt hr̄e
q: aut eſt ver⁹ dn̄s: aut heres
ei⁹: aut ſolū eſt diſpēſator cir-
ca ipſa; rē. ¶ In p̄mo cāu: cū
ſ. eſt ver⁹ dn̄s rei ablate: d; ſi
bi reſtitui ſi pōt. iij.q.i.c.reite-
grāda. ⁊ fere per totā q̄ne;. ⁊
hoc niſi iuſto bello. vl' iuſto e-
dicto iperiali: vl' eccl'iaſtico: il
le cui res ſublata ē: p̄uaretur
iure re habēdi ſimpl'r: vel ad
tempus. Na; cum ꝯtingeret
hoc: puta q: tāq̄ hereticus cō
dēnatus eſt dn̄s rei: vl' de cri
mine leſe maieſtatis ꝯuictus
in quib⁹ caſibus oia ꝯfiſcātur
poſt ſniam ſup hoc: nō ſibi ſ;
fiſco debēt oia ſua applicari.
ex de here.c. Excōicam⁹. In
ſup ſi dn̄s rei ablate non hēt
adminiſtrationē bonoꝝ ſuoꝝ
vt pupillus: d; illud reddi tu-
tori vl' curatori. ¶ In ſcd̄o ve
ro caſu. ſ. cū legitim⁹ heres eſt
ſibi debēt ablata reſtitui: ſed
cū tali diſtinctione ſm̄ Ray.
q: ſi heredes ſunt plures: vni
cuiq; ſcd̄m ꝓportiōes ſue he
reditarie partis: reſtituēdum
eſt. Si āt heres in aliqua de-
terminata quātitate ꝯſtitut⁹
ſit: puta in.c. vl' in domo ⁊ nō
plus: tūc reſtitutio nō fiet he-
redi: ſ; illi vel illis quib⁹ teſta
tor cōmiſit diſpenſationē bo
noꝝ ſuoꝝ. Si vero d̄functus
in morte ſua: oia bona ſua le
gauit pauperib⁹ ⁊ piis locis:
quib⁹ illa legata ſunt. acquirit
ius in bonis defuncti p̄ntib⁹
⁊ futuris: vn̄ ⁊ eis d; reſtitui.
¶ In tertio cāu. ſ. cū eſt diſpē
ſatoꝝ reꝝ: vt epi ⁊ alii prelati
eccleſiaꝝ: ⁊ gubernatores hoſ
pitaliū: eſt diſtinguēdū. Quia

cum dát aliqua aliis:aut dát de reb9 ſuis ꝓpriis:puta pri monialib9:vel per induſtriaꝫ acqſit(:ſicut ſcripture: doctri ne : ꝛ hmói ꝛ de hmói dádo quibuſcũqꝫ etiã malis vt me retricibus ꝛ hiſtrionib9(ꝗꝫuiſ grauiter peccẽt:vt illud. lxxvj.di.c.donare) tñ nõ tenenẽ ad reſtitutiõeꝫ:nec illi qui huiuſmodi recipiunt ab eis ẽm Ray.ꝛ Guil. Aut dát ð fructib9 eccleſiaꝝ ſuaꝝ: ꝛ locorũ pioꝝ ad menſaꝫ eoꝝ ſeu vſuꝫ ſpãliter deputatis ꝛ tũc etiaꝫ malevtendo ꝛ dãdo male faciunt:nõ tñ tenenẽ ad reſtitutionem ipſi: nec qui recipiũt ab eis:niſi reciperent per extorſiones:fraudes:ꝛviolẽtiaſ ꝛ hmõi:tunc tenerẽtur:ꝛ hoc ẽm Tho. ſcða ſcðe.q.lxij.ar. v.Item q̃ſtione.clxxxv.ꝛ ẽm Guil.Aut dát de bonis eccleſie deputat(ad cultũ diuinum:vel.c.diſtribuendis aut pauperibus erogãdis ſpãliter:vel cũ ẽt ſimpliciter committunẽ diſpẽſationi ſue ſine diſtinctione ſibi deputatorũ ad vitá ab aliis:ꝛ tũc ſi dant cauſa neceſſitatis ſeu elemoſyne bñfaciunt:nec ipſi tenẽtur;nec qui recipiunt ad reſtituendum:niſi darent de his que ſunt diſticte ðputata clericis:q2 tũc tenẽtur eis de eo qð abſtulerũt ab eis:qa non danda eſt elemoſyna de alieno.xiiij.q.v.c.Neqꝫ. Si dát pſonis honeſtis pro patrocinio ꝛ labore quẽ ipẽdũt eccleſiis:etiã laudabiliter faciũt:ꝛ hoc ẽꝫ quãtitatẽ laboris ꝛ induſtrie. Eccleſiaſticis.n.vtilitatib9ſeruientes:eccleſiaſtica opꝫ remuneratione gaudere xij.q.ij.c. Quicũqꝫ ſuffragio. Nec ergo p̃lati dãtes nec recipiẽtes pro hmõi tenẽtur in aliquo reſtituere. Sed ſi dát rõne parentele:cuꝫ tñ nõ indigeant vł cã fauoris humani erga p̃ncipes niſi facerẽt ad redimendã vexationẽ quo ad tyrãnos ꝛ ſimiles:vel dát cũ turpitudinis vt meretricib9ꝛ hmõi:tenenẽ ad reſtituendũ que ſic male dederũt:nõ qui dẽ de bonis eccleſie:ſꝫ de bonis patrimonialib9ſi hñt:vel per induſtriã acqſitis. Illi ẽt qui ſic talia que aliis debebatur male accipiũt: tenẽtur reſtituere:niſi ipſe qui dedit ſatiſfeciſſꝫ.Tho.vbi ſup.Debẽt aũt dare.vel ſucceſſori ei9qui dedit:vel in vtilitateꝫ eccleſie

conuertere cum licentia ſupe rioris: vł pauperibus erroga re: ſi illa paupibus debebant ¶ Qui aūt recipiūt a religio ſis pp iniuſtā cām: vel ſine li cētia ſupioris debēt reſtitue re plato ipſi⁹ monaſterij: vel ꝯuentui: vel alias in vtilitatē monaſterij ꝯuertet vel expē dere: p̄cipue ſi ip̄e platus fuit qui male dedit. ¶ In oi autē caſu ex ſupradictis: debet fie- ri ita ꝙ peccatū qđ eſt occul tū nō manifeſtet: ꝛ ita ꝙ nō ſequat maius ſcādalū: ar. di. xiij. c. duo. ¶ Qui aūt tenētur alicui eccleſie vel loco pio: de bent illud dare gubernatori ſeu rectori ei⁹ loci: niſi ille re- ctor nō haberet iuſtū tituluꝫ ſꝫ vſurpatū: vel pbabiliter cre dat male vſurū. tunc. n. poſſet in vtilitatem illi⁹ loci cōuerti vel ſucceſſori reſeruare.

¶ Capitulum ſextū cur fiēda ſit reſtitutio.

QUantū ad. vj. ſ. cur ſit fiēda ꝛſtitutio. Ad hoc beat⁹ Tho. ſa ſe. q. lxij aſſignat rationē videlicet qꝛ reſtitutio ē actus iuſticie. Ad iuſticiā autē habēdaꝫ ꝛ exer- cendā: qlibet tenet. ¶ Cōſiſtit aūt iuſticia in quadā equali- tate: que tollitur p vſurpatio- nē ꝛ detētionē aliene rei: ꝛ re parari non pōt: niſi p iteratā dationem ſeu per aſſignatio nem rei: ei cuius erat ſi pōt ꝛ iō tenet reſtituere. ¶ Sꝫ no- ta ꝙ ſic qlibet qui eſt ſui iuris pōt donare reꝫ ſuā: ita pōt ēt remittere rē ſibi debitā gra tis ꝛ relaxare ſuo debitori. Que remiſſio ſiue dōatio li- bet fcā ſine fraude: ꝛ coactōe poſtq̄ꝫ facta eſt p pniaꝫ non pt reuocari: vt dic̄ Ray. arti. vij. q. j. c. q̄ꝫ. piculoſum. ¶ Sꝫ ſciendū ꝙ illi qui ponūt ſe in manib⁹ creditoꝝ. pmittendo ſeu offerēdo ſe ad dāduꝫ qđ peterēt: rogantes tū ꝙ totuꝫ vel ptem dimittant ſꝫ nō in tendūt reſtituē. imo ſperāt ꝙ pro nihilo vel modico quieta bunt: alias nō ſe ponerēt: in manib⁹ eoꝝ: a peccato qdem rapine: vſure: ſeu alteri⁹ ma- le vſurpationis nō ſunt abſo luti: qꝛ petū p pniaꝫ ꝛ ꝯfeſſi onē dimittit quā illi vere nō habēt. ¶ Sed vtruꝫ abſoluti ſint a debito: ſeu obligatione reſtituēdi: diſtinguēdū ſcđm Egi. in quolibet. Quia ſi cre ditor ppria volūtate ꝛ libera litate dimiſit ꝛ donauit non

+ petere ſibi re mitti reſti tu enduz.

curans quicquid debitor in- tēderet: nō tenet ipſe debitor amplius reſtituere. ſi ei clare cōſtat. Secus aūt ſi creditor deceptus vel coactus vel de ſpatus.i.ꝙ nūq̄ȝ ſpabat ſe il- lud debitū ab eo poſſe hr̄e: vl̄ nō poſſe hr̄e totū: ꝛ iō potius voluit hr̄e ꝑtem q̄ȝ nihil: du bitās ne nihil haberet ſi totū vellet habere. Talis.n.remiſ ſio nō valet: ꝛ adhuc obliga tur ad reſtituendum. Sed qꝛ hec mā eſt multū vtilis ꝛ ne ceſſaria ſciri: ꝛ i frequēti pra- tica: iō ſerioſius ꝛ pleni⁹ tra ctāda: ꝛ qd ſentiant docto.in hoc referēdū. ¶ Cuȝ ergo q̄ri tur vtrū vſurario vel cuilibet alteri qui habet aliena: ſuffici at i foro cōſcie remiſſio ſibi facta ab his quib⁹ extorſit vſu ras vel alia male ablata: vel ab heredibus eoꝝ ſi illi non viuūt reſpōdetur diuerſimo de a diuerſis: vt patet in.§.ſe quētib⁹. ¶ Sirar.ꝺ ſeniſ.or. here.aſſerit ꝙ hn̄s male abla ta: niſi reddat aut ſufficienteȝ faciat cautionē: nō pōt libera ri a ſua obligatione ꝑ alium modū cū pōt aliquo mō re- ſtituere. Nec eni pōt de obli gari prio ꝑ viaȝ remiſſionis: ſecundo nec ꝑviam ſatiſfacti onis: tertio nec ꝑ viā liberati onis: quarto nec ꝑ viā trāſla tionis: quinto nec ꝑ viam do nationis: ſexto nec ꝑ viam re nūciationis: ſeptimo nec ꝑ vi am cōueniētie ꝛ diſcretiōis. ¶ Inducit ad hoc has rōnes que nō videtur multū vrgere: ſȝ ſine multa difficultate ſol- ui pn̄t ꝑ eos q tenēt ꝙ abſqȝ actuali reſtitutione pōt tolli obligatio male ablatoruȝ ab eo q obligatur ꝑ quēlibȝ hoꝝ modoꝝ: dūmō nil fiat i frau- dē: vel ꝑ metū: vel ꝑ deſpatio nē.ſ.nō rehabendi ſed libere ſpōte gratis ꝛ ſciēter. Si eniȝ fraudulēter.coacte: vel hmōi fieret talis de obligatio: locuȝ habet quod dicit: ꝛ nō aliter. ¶ Quod nō poſſit tolli talis obligatio ꝑ viā remiſſiōis ni ſi reſtituat: ꝓbat ſic. Null⁹ ē capax remiſſiōis niſi a pecca to prius deſiſtat: ſȝ hn̄s rem male ablataȝ q̄ȝdiu remanet obligat⁹ ad reddēdū nō dr̄ ꝺ ſiſter a pctō: ergo nō ē capax remiſſiōis: ꝛ ꝑ ꝯn̄s obligatio illa tolli nō pōt ꝑ viā remiſſi onis. Ad qꝺ fac̄ regula. Pec catū de re.iu.i.vj. Reſtitutio n.ꝑ quā obligatio tollitur: eſt

preuia remiſſioni. Unde nõ videtur remiſſio fieri: niſi p reſtitutõez tollat pri⁹ obligatio. Sʒ ad hoc rñdetur. Maior põt itelligi dupl'r. Uno mõ vt itelligat đ remiſſiõe debiti rei ablate ⁊ ſic vr falſa. Naʒ põt alicui remitti đbitũ: ſi vult creditor libẽ ⁊ ſpõte: qñuis ille đbitor nõ itẽdat dare: ẽt ñ ſibi ãpli⁹ obligabit ſm Egi. Scđo mõ vt itelligat de rẽiſſiõe peti: ⁊ tũc ẽ vera maior ⁊ minor falſa. Naʒ hñs male ablata ſi nõ põt reſtituere vllo mõ: remãet obligat⁹ ad reſtitutionẽ cũ poterit. ex đ ſolu. c. odoard⁹: ⁊ tñ đſiſtit a pctõ ſi penitet ⁊ ꝓpõit reſtituẽ i futurũ. Sʒ ⁊ ſi põt reſtituer ſʒ male: ⁊ hoc itẽdit facere ſi creditor ñ remittat: talis ẽt adhuc remanet obligat⁹ ad reſtituẽdũ: ⁊ tñ deſiſtit a pctõ penitẽdo. Et quod ſubdit ex regula Aug. pctm̃ de re. iu. li. vj. ꝙ reſtitutio ẽ p̃uia remiſſiõi: verũ ẽ de reſtitutõe nõ ſolũ actuali: ſʒ ẽt mẽtali ⁊ i ꝓpoſito ⁊ i equalẽti. ¶ Q đ nõ tollat per viã ſatiſfactõis ꝓbat ſic. Satiſfacere eſt pctõꝝ cãs excidere, ⁊ coꝝ ſugeſtionib⁹ aditum nõ idulgere. đ pe. di. iij. c. Satiſfactio: circa pri. Cũ ĝ ablatio ⁊ detẽtio rei aliene ſit cã peti niſi ipa cã peti excidatur qđ fit p oppoſitũ ſuũ. ſ. reſtõnẽ: niſi reſtituat ñ vr poſſe ſatiſfacẽ q̃tũcũqʒ acceptet creditor. Inſup cũ p ſatiſfactionẽ nõ ſoluʒ reparetur amicitia: ſʒ ẽt eq̃litas iuſticie q̃ ablata erat p vſurpationẽ ⁊ detẽtionẽ alienoꝝ: niſi tollatur cã iniuſticie ⁊ ineq̃litatis que fit p reſtitutionẽ ſubtractoꝝ: dũ creditori reddit qđ min⁹ hẽbat q̃ʒ đbebat ab ipõ vſurpatore: q pl⁹ hẽbat q̃ʒ đbebat: ñ repabit iuſticie eq̃litas: ⁊ ſic ñ fiet ſatiſfactio niſi r̃ddat ablata. Satiſfactio. n. fieri dʒ p ipſuʒ debitorẽ q violauit iuſticiã vſurpãdo aliena: nõ p creditorẽ. Ad hoc rñderi põt. ꝙ vtiqʒ peccati cã excidi nõ põt niſi p reſtitutionẽ: ſʒ reſtitutio non ſolũ fieri põt actu: ſʒ ẽt mẽte ⁊ ꝓpoſito: al's qui nõ põt reſtituere cũ nil hẽat: ſeq̃retur ꝙ nõ poſſet ſatiſfacere ꝓ peccatis qđ eſt falſuʒ. Similit ẽt eq̃litas iuſticie reparari põt. ñ ſolũ p actualẽ reſtitutionẽ: ſed ẽt p aliũ modum p quẽ ſibi creditor vl' iniuriã paſſus repꝫtat ſibi ſatiſfactũ

Fit quoqꝫ in hmōi remiſſio
ne ſatiſfactio:ꝑ debitorē qui
violauit iuſtitiā dū hēt aium
paratū ⁊ ſe offert ad reſtituē-
dū: ſi nō remittit.¶Tertio ꝓ
bat ꝙ nō tollatur ꝑuiā libera
tiōis ſic Chryſo.dic:cx̄ de re.
iur.c.oīs.Ois res ꝑ q̄ſcunqꝫ
cās naſcitur: ꝑ eaſdē diſſolui
tur.Sꝫ obligatio talis iniuſti
detētoris:naſcitur ꝑ ſolā ei⁹
deprauatā volūtatē.ſ.rapien-
do: vel tenendo:vel detinēdo
rē alienā:ergo diſſolui nō po
tuit niſi ꝑ volūtatē.ſ. rectifica
tā.ſ.in reſtituēdo ablata: ⁊ ſic
vr̄ ꝙ nō ſufficiat volūtas ei⁹
cui fieri dꝫ r̄ſtitutio ad tolleñ.
obligationē cū nō fuerit cau-
ſa ipſi⁹.¶Ad qđ rñderi pōt:
ꝙ volūtas deprauata vſurpa
toris rectificari pōt.nō ſolum
ꝑ actualē reſtitutionē: ſꝫ ꝑ in
tētionē volūtariā reſtituēdi:ſi
ille ſpōte noluerit remittere.
Et ſic nō ſolū volūtas credi-
toris:ſꝫ ⁊ debitoris volūtas:q̄
fuit cā obligatiōis ꝯcurrit ad
liberādū obligatorē dū ſe of-
fert ad ſatiſfaciēduꝫ creditori
ad placitū.¶ Quātū ad q̄rtū
ſ.ꝑ viaꝫ trāſlatiōis ⁊ acqſitio
nis dn̄i ꝓbat ꝙ nō poſſit tol
li obligatō ſic. Preſuppoſito
ꝙ in vſura nō trāſferatur do
miniū ſꝫ quoſdā: tūc aſſumi
tur talis regula.¶Nulli⁹ pōt
in re detinēda iuſtus titulus
aduenire niſi pri⁹ iniuſtus au
feratur titulus.Nā iniuſtus
titulus auferri non pōt abſqꝫ
hoc ꝙ iuſtus titulus acqrat.
⁊ econuerſo:⁊ iccirco erit alia
actio ꝑ quā iniuſtus titul⁹ tol
litur ⁊ ꝑ quā iuſtus titulus ac
qritur. Nulli ergo aduenire
poterit iuſtus titulus ꝑ aliquā
actionē:niſi ei auferatur iniu
ſtus titulus ꝑ aliā actionem.
Sꝫ illis q acqrunt dominiuꝫ
in re detinēda:aduenit iuſtus
titulus ꝑ dominij acqſitionē.
Ergo ſi prius hūit iiuſtū titu
lū ꝑ rei aliene vſurpatiōnē ⁊
detētionē:opꝫ ꝙ dictus titu-
lus iniuſt⁹ auferatur ꝑ eiuſdē
rei reſtitutioneꝫ añ dominij
acqſitionē:⁊ ſic non eſt capax
dominij añ reſtitutionē:⁊ nil
to forti⁹ i furtis ⁊ rapinis i q-
b⁹ ſꝫ oēs ñ trāſferr̄ dominiū.
¶Sed ad hoc rñdet:ꝙ vt di
ctū ē reſtitutio ꝑ quaꝫ auferr̄
iiuſtus titul⁹ i foro ꝯſcie:fieri
pōt nō ſolū manualiter ſed ēt
mētaliter dū.ſ.eſt parat⁹ red
dere realiter ſi nō vult dimit
ter̄:⁊ ſic ablato iuſto titulo ꝑ

ſpontaneā ꝛ liberam remiſſionē creditoꝛis:acquiritur dominiū. ℂ Quātū ad qntū ꝙ nō poſſit tolli ꝑ viā donationis:ꝓbat ſic ꝑ has ꝓpoſitiones. ℂ Ille cui reſtitutio fieri dꝫ: donare non pōt ꝑuſꝗ̄ ſit reſtitut⁹. Et ip̄e iniuſte detinens aliena anteꝗ̄ reſtituat ablata:certificari nō p̄t de tali donatiōe vtrū ſit vera donatio. Primā ſic ꝓbat. Donatio niſi ſit libera:nō eſt donatio vera.ff.de adimen.le.l. rē legatā. Iſte āt q taliter donat.ſ.anteꝗ̄ ſit reſtitut⁹ nō libere donat:qꝛ nō libere illud hēt:cū nō actualr hēat. Et ſi dicat̄ ꝙ reſtituēdus liber̄ p̄t hēre ꝛ ꝑ ꝯn̄s libere p̄t donare:qꝛ detētoꝛ bonoꝝ:ſuoꝝ paratus eſt reddere:talis iſtantia nihil valet qꝛ reſtituēdus certificari nō pōt.ꝙ talis habēs ſua male ablata:ſit paratus ad ea reſtituenda:niſi ea ſtatim cū pōt reddat: vel pro eis reddēdis ſufficientē cautionē faciat:qḋ ꝑtinet ad ſecundā ꝓpoſitionē. Naꝫ ꝛ ſi videant̄ aliqua ſigna:qb⁹ ſeparatū ad ſatiſfaciēdū oñdat nō ꝓbantur eſſe ſufficientia: cū illis vti poſſit:ita ille q nō habet itētionē reſtituendi:ſicut ille q habet. Et talis alienoꝝ detētoꝛ iniuſtus:cui donatio ſit ante reſtitutionē:nō pōt eā: vt verā donationē acceptare vel accipere:cū bona conſcia. ℂ Ad quod rūdet̄: ꝙ donari p̄nt nō ſolū res habite:ſꝫ ēt iura ꝛ actiōes ꝛ q̄ ſperant̄ hr̄i. Nec ꝓpterea p̄t dici ꝙ nō ſit donatio libera:qꝛ res actu nō habet̄. Et cū hoc negociū agatur ꝛ diſcutiatur ſm foꝛū conſcie:vbi credēdū eſt cuilibꝫ ꝓ ſe ꝛ ꝯ ſe. ꝛ nemo ſit arbitrandus immemoꝛ ꝓpꝛie ſaluti:vt dr̄.i.q.vij. Sancimus:ex quo debitoꝛ offert ſe paratum ad reſtituēdūꝫ ſi vult.rogat tn̄ vt donet:nō coactus nō deceptus ſꝫ ſpōtane⁹:p̄t ſibi ꝑſuadere ꝛ credere liber̄ donaſſe:p̄cipue ſi nō egeat multū:nec.n. p̄ſumit̄ ḋ facili qs ꝓijcere ſua ꝛ donare. ℂ Quātū ad ſextū ꝙ non poſſit tolli ꝑ viā renunciationis ꝓbat ſic. Vbi renunciatio nō habet locuꝫ obligatio tolli nō pōt ꝑ viā renūciationis:ſed anteꝗ̄ fiat male ablatoꝝ reſtitutio:nō pōt ille cui reſtitutio fieri dꝫ renunciare: ergo non pōt tolli obligatio

detinentis aliena iniuſte per viā renūciationis. Maior ē nota. ¶ Minor probat. Nā renūciatio illa q̄ fit a ſpoliato anteq̄ꝫ reſtituat:ipa decernitur eſſe nulla:ſicut pꝫ.iij.q.i.c.epis.ꝛ ex̄ de reſtitu.ſpo.c. Sollicite:ꝛ hoc iō qꝛ p̄ſumit nō libere fieri:qꝛ nō eſt veriſimile ꝙ ſpōte iuri ſuo renunciauerit:qui renunciat ſpoliatus. Sic in ꝓpoſito vr̄ dicēdū ꝙ renūcians creditor: nō reſtitutus:nō vr̄ ſpōte renunciare:ſed vt coactus ꝛ hmōi. ¶ Ad qd̄ reſpōdet ꝙ ea que ꝯtinent i dictis capitulis: habēt locum in foro cōtentioſo vbi ꝓcedit ꝑ p̄ſumptionem. Sꝫ in foro conſcie: ēt ſpoliatus pōt renūciare iuri ſuo:vt in propoſitio. Preterea eō ipō ꝙ offert ſe ei ad reſtitutioné ſi vult:iā reueſtit ꝛ reſtituit eũ iuri ſuo. ¶ Quātum ad.vij.ꝙ nō poſſit tolli ꝑ viā ꝯueniētie ꝛ diſcretionis:probat ſic. Suppoſito dicte regule petiñ.li.vi. Obligatio illa qua iniuſt⁹ detētor alienorū eſt obligat⁹ ad reſtitutionē:neceſſe eſt ꝙ tollatur ꝑ viam reſtitutionis:vel aliā eqpollētē. Et q̄redo q̄ ſit via eqpollēs reſtitutioni:ſi dicatur ꝙ ſit remiſſionis via vel donatiōis:ſeqtur iter alia iſtud icōueniēs:ꝙ pōt dici reſtitutio:ꝛ tñ i poſſeſſione minime poſitus:quod pꝫ eſſe falſuꝫ ꝑ illud quod habet.ff. d̄ verbo. ſigni.l.plus ē. Dicit enim ibi ꝙ reſtituere eſt nō ſolū p̄ſentiā rei p̄bere:ſed etiā poſſeſſorem facere fructuſqꝫ reddere. Quapp:nullus pōt dici reſtitutus:niſi i poſſeſſione fuerit cōſtitut⁹. ¶ Si ergo remiſſio q̄ fit añ reſtitutionē eqpollet reſtitutiōi ipſi:ſeqtur hoc icōueniēs ꝙ ēt nō poſitus i poſſeſſiōe dicet reſtitutus. Sed ab hoc reſpōdetur:ꝙ in foro cōſciētie ꝛ ab augu.nō ſumitur.ita ſtricte reſtitutio: ſic̄ in foro ꝯtentioſo ſecundū iura. Nā qūocūqꝫ ipleatur volūtas creditoris a debitore dr̄ reſtitutio facta. Et cū qs cedit bōis:ēt añq̄ꝫ ponat eos i poſſeſſiōeꝫ:r̄ſtituit quo ad cōſciam. Qd̄ ergo dicit p̄fatus Sirar.ſ.ꝙ nō ſufficit remiſſio nec p̄t liberari niſi reſtituat ſi p̄t:vr̄ hr̄e locū qñ remiſſio fieret nō libere ꝛ ſincere:ſꝫ remittēs iduceret ad hoc vi: fraude vl̄ timore ſeu deſpera

tione.ſ.nil inde conſequendi.
¶ Hāc eādē q̄ſtionē formās
Laurēti⁹ de rodul.in tracta-
tu de vſuris:prius recitat opi
nionē doctoꝝ dic̄ ergo Glo.
ſecūda in regula. pctm̄.tenet.
ꝙ ſic.Sꝫ dicimus ibidē con
tra.ſ.ꝙ nō ſufficit niſi pecūia
ſit reſtitutioni parata.¶ Ali-
quoꝝ vero theologoꝝ opinio
fuit:ꝙ ēt nō ſufficit ꝙ res ſit
parata reſtitutioni:ſed ēt opꝫ
ꝙ offeratur.¶ Jo.an.ibidē ſu
per glo.demū aſſumit viā me
diā dicēs:ꝙ aut gerit in men
te vſurari⁹ reſtituere: ꝛ remiſ
ſio ſufficit aut nō:ꝛ tūc ſecus.
¶ Sed Fede.de ſenis in ope
ſuo:firmat indiſtincte opinio
neꝫ dicte glo.ſic dicēs. Si is
cui dn̄t reſtitui pecūie vel ma
le ablata nō coactus:vel dece
ptus:nō circūuētus ꝛ oī do
lo ꝛ vi ꝛ calliditate ꝛ metu:ceſ
ſantib⁹ ēt p̄cibus:vel fruitioꝝ
exhibitione inductus: debitā
ſibi pecūiā ñ oblatā.nec reſti
tutiōe paratā vſurario dimit
tat: liberat⁹ ē vſurari⁹ a reſti
tutione:nō tñ a pctō qḋ ꝯtxit
exercēdo vſuras:niſi ꝛ de illo
pctō pniaꝫ agat.¶ Pōt etiā
dici ꝙ plus eſt: ꝙ ſi vſurario
pſeuerāte in crie ꝛ nō diſpoſi
to ad aliquā reſtitutionem:is
qui dꝫ recipere vſuras remit
tat illas ꝓprio motu vl' ad pe
titionē vſurarij:liberatus eſt
vſurarius a reſtitutione rei:ꝛ
ſi nō a pctō:qꝛ de hoc opꝫ ſa
tiſfacere deo p pniaꝫ. Hec il
le. Hāc opinionē vr̄ firmare
Hoſti.in ſū.ꝛ Archi.i.c.ij. de
vſuris li.vi.ſup verbo ſatiſfa-
ctū:dicēs.Satiſfactū accipi-
m⁹.qūocūqꝫ volūtati credito
ris ſatiſfiat.Idē lapus ḋ caſt.
Idē Gof.ꝛ Guil.Et demū
idē Lau.ſic ꝯcludit. Ut tol-
latur oio ois dubitatio an ſit
vel nō ſit liber aius remitten
tis:ꝛ p ꝯñs clara ꝯſcia vſura
rij:ꝛ vt facilius iducātur ho-
mines ad ꝯtritionē ꝛ de cete
ro a talib⁹ abſtineāt:cautū eſt
p̄dicar ꝙ nō ſufficit remiſſio
facta:q̄uis ſe diſponat ad ſa
tiſfaciēdū:ſi nō remitteret cre
ditor:ꝛ cauti⁹ ꝙ oꝫ ꝙ pecunia
ſit reſtitutioni parata:ꝛ cautiſ
ſime ꝙ offerat pecunia.vel ꝙ
plus ē ꝙ ponatur i manibus
creditoris.Sꝫ de iure ꝛ i foro
ꝯſcie puto illā gl'.cui⁹ opinio
nē ſeqtur Fede. vt dcm̄ ē eſſe
veriſſimā:ꝛ ad hoc iducit ipe
Fede.plures rōnes.¶ Et pri
ma ē talis. In maiorib⁹ cri-

minibus ſicut eſt in crie furti vel rapine. vl'violẽtie: re furti ua vel rapta remanẽte apud furẽ vl' raptorẽ de voluntate dñi: purgatur vitiũ furti vl' ra pie ſine aliq̃ reſtitutõe: vt. l. ſi fur. ḋ vſuri i pri. ⁊. ff. ḋ p̃cario. l. ſi certe. ergo purgatur vitiuʒ vſure remanente vſura apud vſurariũ devolũtate dñi. Et ꝙ illa ſint maiora cria: patet ex maioritate pene: ſiue agaẗ ciuiliter ſiue crialiter. Grauius ẽ ãt pctm̃ qḋ grauiꝰ punitur. vt. xxiiij. q. j. c. non afferamꝰ. ¶ Scḋa rõ ẽ qꝛ i crimie vſuraꝝ ⁊ i alijs maiorībꝰ. ſuf ficit facere ꝯdignã ſatiſfactionẽ vl' emẽdationẽ. ex̃ de rap. c. j. vt ſit qs liberatꝰ a pctõ. c. q̃ꝫto. ex̃ de vſu. Sʒ ſatiſfactũ i telligiẗ: q̃uocũqꝫ deſiderium creditoris ipleatur. ẽt ſi ñ ſol uaẗ. ff. q ſatiſda. co. l. j. ¶ Tertia rõ ẽ: q̃ vr̃ ſm eũ iſolubiliẗ Sũt q̃dã ſpãles caſus i qbꝰ obligatis ad reſtitutionẽ: nõ ſufficit remiſſio: vt. c. exigit. ḋ cẽſi. li. vj. ⁊ ibi de hoc ğ: i alijẗ caſibꝰ ſtabit regl'a. ꝙ ſuffič re miſſio. ¶ Ideʒ tenet Pe. de pal. i. iiij. di. xv. q. ij. arti j. q dič ꝙ obligatus reſtitutiõi excuſatur pp̱ remiſſioneʒ creditoris: qꝛ per acceptionem tolliẗ Et hoc niſi ſit talis perſona: q̃ nõ hẽat adminiſtrationeʒ: vel que nõ põt dõare: nec p̱ ꝯñs remittẽ qꝛ remittere eſt dare. Itẽ qñ i iure cautũ ẽ ꝙ remiſſio nõ valeat: tũc nõ excuſat: ſič in iudice delegato q munera ⁊ expẽſas recipiens vel extorquẽs: teneẗ reddere: nulla p̱iuꝫ remiſſione ſibi ꝓ futura: ex̃ ḋ reſcriptis. c. Statutũ. li. vj. Idẽ de viſitãte iuẗ ordiario r̃cipiẽte munꝰ: ad cuius duplũ reſtituẽdũ teneẗ ex̃ de cẽſi. c. exigit li. vj. hec Pe. vbi. s̃. Qḋ ſiqs obijcẽt regulã. Nõ remittiẗ pcm̃ ⁊c. qḋ ẽ verbũ Aug. ⁊ reſtituẽ ẽ rẽ i p̱ſtinũ ſtatũ repõere vñ ſi videẗ ſatiſfacẽ rẽiſſio. Ad qḋ r̃ndẽt p̱dcti. Pe. Lau. poſt Fede. ꝙ Augu. ĩ dicta regula nõ hũit reſpectũ ad ſtrictã ſignificationẽ verbi: ſʒ ad mẽtẽ eiꝰ que verbis p̃ferẽda ẽ. ex̃ ḋ verbo. ſig. c. Intelligẽtia verboꝝ ſuit ꝙ ſi offendiſti ꝓ primũ tuuʒ rapiẽdo: furãdo: vſuras extorq̃ndo: recõciliẽſ te cũ ipo. Et cõiter qꝛ hoies ñ iactãt pecũias ſuas: ſʒ volunt ſibi reſtitui res ablatas: ꝓpterea Aug. ſe retulit ad v̈bũ reſtituaẗ. Qḋ

aũt ſic itellexerit Aug. oſten-
dit multiplr. Hec ille. Qđ
autē dicit Lau. ẽ. ſ. eſſe p̄dicā
dum nõ ſufficere remiſſionē
niſi fiāt ea que dicūt diuerſi
nõ videt̃ tutū vel cautū. Nā
ex tali p̄dicatiõe: ita p̄t ſequi
periculū aiaꝝ: ſicut cautela.
Sicut.n.p̄dicatoꝛ dꝫ ſibi ca
uere a pꝛedicādo ea que hñt
hoies iducere ad malū: ꝛ ab
allecuiādo mala: ita dꝫ cauere
a p̄dicando ſcrupuloſa ꝛ ar-
dua qñ cõis opinio eſt in ꝯ̄ri
um. Hoc.n.cēt iniicer̃ laque
um aiabus: qđ fieri nõ dꝫ. xx
vij.q.j.c. Viduas. Audiēdo
enim talia ꝛ nõ ſuādo (cū ex
auditis foꝛmat ſibi ꝯſcia) hoc
ſibi neceſſario ſiēdū. Qui ha
buit hmõi remiſſionem: ꝛ ex
difficultate nolit poner̃ ſe ad
faciendū: erit i malo ſtatu rõ
ne conſcie ſibi facte ſup eo: i
quo bñ poterat trāſire cū bo
na ꝯſcia. Preterea ſi pꝛedi-
catoꝛ hoc dicat i p̄dicatiõe. ſ.
ſibi nõ ſufficē remiſſionē ni-
ſi ꝛc. ꝛ poſtea i audiētia ꝯfeſ
ſionis faciat ꝯ̄riū ꝛ dicat illi
ſufficē: nõne ex hoc põt ſequi
magnū ſcādaluꝫ ꝯtra doctri
nam p̄dicationis? Ex hoc.n.
poterunt credē hoies ſic eſſe
de multis aliis. que p̄dicato-
res dicūt. ſ. ꝙ nõ ſunt ſimplr
vera: ſꝫ ad terroꝛē dicta: ꝛ ſic
p̄iclitabit̃ fidei doctria. Nõ
video etiā cuꝫ bona ꝯſcia ꝙ
abſqꝫ ſui magno pctõ poſſit
hoc dicē in p̄dicatione. ſi ſen
tiat ꝯ̄riū: qꝛ hoc cõiter tenent
doctoꝛes. Sed ꝛ ſi tener̃t ali
quā aliā opinionē cū ille ſint
ſcrupuloſe: nõ dꝫ velle indu-
cer̃ hoies ad ſuos ſcrupulos.
Non ergo p̄dicādo dicat ꝙ
ſufficiat r̃miſſio: ne iducat oc
caſionē mali: ꝛ apiat̃ via vſu
ris: neqꝫ dicat ꝙ nõ ſuffic̃ ne
dicat mēdaciū: vel ſcrupuloſ
ꝛ laqueos iniiciat auditoꝛib⁹
Sed dicat qđ dicit Aug. ꝙ
opꝫ ꝙ reſtituat ſi p̄t. xiiij. q. vj
.c. Si res: ꝛ in reſtitutiõe in-
cludit̃ remiſſio. ¶ Sꝫ quid ſi
poſt remiſſionē liber̃ factā ꝛ
vere vſurario: vſurarius mā
dat in teſtõ ſuo reddi vſuras
nūquid qđ ſemel remiſſuꝫ ē
debet reſtitui his quib⁹ tene
bat̃ p̄us. Dicendū ſm Fede.
ꝙ in hoc diſtinguendum eſt.
Quia aut talis tenoꝛ locut⁹
eſt ꝑ verba trāſferentia ſe ad
factū: vtputa qꝛ iubet vſuras
reſtitui his quib⁹ debebat eas
reſtituere: ꝛ ꝓbarent eas ſol

uiſſe:ꝛ tunc non obſtante remiſſione tenebitur ſatiſfacere heres. Et hoc cāu loquitur.c. Ad veſtrā de iureiur. Aut loquit̃ per verba transferētia ſe ad ius nō ad factū: vtputa qꝛ iubet ea reſtitui qbꝰ dꝫ:ꝛ tūc ſecus dicenduꝫ eſt. Hec ille. ¶ Itē ſciendū ꝙ cuꝫ alicui fit remiſſio libere ꝛ ſine fraude: nō tenet̃ talis illō qō ſibi rēiſſum eſt paupibus dare. Sibi n. acqrit̃ illud ius ſiue debitū nō pauperibꝰ: ſicut ne quis tenet̃ paupibꝰ dare qō ſibi donatū eſt. ¶ Hoſtiē. in ſum. ti. de vſuris dicit ꝙ ſi fenerator partē pecunie fenebris reſtituat ei a quo habuerat vel heredi ſuo ꝛ de volūtate eiꝰ parteꝫ retineat: dicunt theologi indiſticte ꝙ nō eſt liberatus niſi totū offerat. Tu dicas ꝙ ſi ex pacto fit: nō eſt liberatꝰ: arg. c. Veniens: ex̃ de ſimo. Si āt vſurariꝰ partē ſine pacto liberaliter ſoluat:ꝛ offerat:ꝛ de altera parte miſericordiā petat: ꝛ creditor liberaliter remittat liberatꝰ eſt debitor: nec tenet̃ vlteriꝰ ad reſtitutionē: ſicͫ nec tenet̃ ſi gratis accepiſſet gratis oblatuꝫ ſm Hoſ. Hic tñ bonus iudex. ex certis ꝯiectu ris: motuꝫ ſui animi informabit. Nā ſi creditor eſt paup ꝛ inops:ꝛ vſurariꝰ diues ꝛ potens: nō p̄ſumo ꝙ creditor ipſuꝫ vſurariū ſpōte ex corde liberet: ſꝫ hoc faciat qꝛ vltra recuperare nō pōt: vt illud tantillum qō offert recuperaret: ꝛ nō amitteret. Si vero creditor ſit diues ꝛ potēſ(qui ēt cōſueuit hiſtrionibꝰ ꝛ ioculatoribus tantūdeꝫ de ſuo donare. vel plus frequēter) p̄ſumi pōt ꝙ ex corde hoc faciat: Hec ille. ¶ Itē in quadaꝫ ſummula dicit̃: ꝙ ſi vſurariꝰ offert libere totā ſummā pecunie creditori: oñdēs plenariā voluntatem cū nō habeat(qꝛ ſi crederetur ꝙ aliqd acciperet nō offeret) creditor nihil penitꝰ vult accipere: ſꝫ liberaliter dimittere totuꝫ: iſte plenarie ſatiſfecit proximo: ſꝫ nō deo:ꝛ ideo poſtea ſufficit ſibi ſola ꝯtritio: vt ſatiſfaciat deo. Vñ ꝯſulendū eſt nō cōtritis: vt haud minꝰ hanc liberā ſatiſfactionē faciant ꝓximo. ¶ Itē ſunt aliqui vſurarij qui nitunt̃ decipe deum: qui numeratā pecuniam ꝛ acceptā tunc exponūt creditoribus: credētes q illam nō accipiāt(qꝛ ſi crederēt ꝙ illaꝫ

reciperent:nō illā repreſentarent)at ille timore vel verecūdia ductus:nihil vel parū recipit:reſiduū dans:ꝛ ſic iſti tales dicerent ſe ſatiſfeciſſe: qḋ nō eſt verū. ¶Item nota ꝼꝫ quoſdā ꝙ ſunt qnqꝫ modi ſatiſfaciendi. ¶Primꝰ modus eſt cū pecunia libere offertur. ¶Secūdus modus eſt cū pecuniam non hēt offert pignora. ¶Tertiꝰ modus eſt cū pecuniā nō hēt nec pignora cōgruentia:facit tñ inſtrm̄:vt heredes cōpellanꝫ ad ſatiſfactōnē ꝛ etiā ipſemet. ¶Quartuſ modus eſt cū mediāte ſacerdote vel aliquo alio religioſo fit volūtaria ꝛ libero ꝯcordia Iſte tñ modus:dꝫ ſemꝑ oſtēdere creditori.velle ꝛ poſſe liberꝫ debitoris. ¶Quintꝰ modus eſt cū ꝯſenſu ꝛ miſericordia creditoris ponit debitor aliquaꝫ poſſeſſionē in manu alicuius honeſti viri:ex cuius fructibꝰ ſoluanꝫ per tp̄s debita:deīde poſſeſſio ad heredes reuertaꝫ:vel ita debet pmanere:pro icertis. Hec ibi. ¶Itē Archi.i roſario.xiiij.q.v.c. nō ſane.dicit ꝙ Hoſ.dicebat ꝙ tn his in quibꝰ eſt pctm̄ mortale ꝼm legē diuinā:vt in furto vel rapina:diſpenſare non pōt ep̄s:imo nec etiā papa vt aliqui dicūt:quo minꝰ pniam agat ꝛ reſtitutio fiat ſi pōt:ex de vſur.c.cū tu. In is vero in quibꝰ eſt.pctm̄ mortale ꝼꝫ iuſ poſitiuū:ꝛ cū ep̄is ſeu inferioribꝰ pape:interdicta eſt diſpēſatio. Nullus diſpēſare vl' dilationeꝫ p̄ſtare pōt:niſi ſolus papa.iij.q.i.c.reintegrāda vel hi qbuſ ſpāliter cōmiſerit. Si vero nō eſt interdicta poterit Hec ibi. ¶Sꝫ ꝙ diciꝫ papā nō poſſe diſpēſare in his reſtitutionibꝰ vbi eſt pctm̄ mortale perpetratū in vſurpatiōe ꝯtra legē diuinā facta vt furto:rapina:vſura:ꝛ hmōi quominus reſtitutio fiat ſi pōt:videꝫ intelligendū quo ad reſtitutionē certoꝝ ſi ſciunꝫ pſone vel quo ad incerta:cū diſpenſaret abſqꝫ cā rōnabili:vl' ſaltem dubia pro libito voluntatis. Non enīꝫ pōt tollere que ſunt ꝓpria hoīuꝫ ꝛ dare alijs ſine cā. Sed cum cā rōnabilī pōt:puta per moduꝫ pene:vt cū aufert regnū vel imperiuꝫ alicui ꝑpter demerita ſua qꝛ eſſet inimicus eccle.hereticus vel ſciſmaticus : nec ſe vellet corrigere:vl' cū facēt mouere

